(96) IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI ad Matutinas Invit. *Prestolantes.* Ps. *Venite.* Ymnus *Verbum.* Nocturnus ferie currentis cum suis antiphonis secundum exigenciam temporis et fiat officium ut supradictum est. ℣ *Hodie scietis. Et mane.* Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Cum desponsata esset.* Omelia etc. *Cum desponsata* et in fine dicitur *Tu autem.* Primum ℟ *Sanctificamini hodie.* ℣ *Hodie scietis* cum aliis responsoriis ut in libro habetur et resumitur ultimum responsorium. *Te deum* non dicitur. ℣ *Crastina erit vobis salus dicit dominus exercituum.*

(97) In Laudibus Ant. *Hodie scietis.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis et fiunt dicte Laudes dupliciter cum cappa. Cap. *Paulus.* Ymnus *Vox clara.* ℣ *Crastina erit vobis dicit dominus.* Ad Benedictus Ant. *Cum desponsata.* Oracio ad omnes horas *Deus qui ⟨nos⟩ redempcionis* et sequitur *Benedicamus domino.* Postea sequitur Ant. *Ecce Maria,* et cantatur alta voce ut in libro. Item ymni horarum cantantur ad cantum ymni *Verbum supernum.*

(98) Ad Primam Ant. *Hodie scietis* super psalmos. Sive sit dominica sive non dicuntur psalmi videlicet: *Deus in nomine, Beati inmaculati* cum ceteris. Cap. *Domine miserere.* ℟ *Christe Iesu fili.* ℣ *Qui sedes.* Versiculus *Hodie scietis. Exultabunt sancti in gloria.*

(99) Ad Terciam Ant. *Crastina die.* Cap. *Propter Syon.* ℟ *Hodie scietis.* ⟨℣ Et mane videbitis⟩ ℣ *Constantes.*

(100) Ad Sextam Ant. *Crastina erit.* Cap. *Videbunt.* ℟ *Constantes estote.* ℣ *Domini super vos. Gloria patri. Constantes.* ℣ *Crastina erit vobis salus.*

(101) Ad Nonam ymnus *Rerum deus. Presta pater piissime.* Ant. *Levate capita vestra.* Cap. *Propter Syon.* ℟ *Crastina erit vobis salus alleluia alleluia.* ⟨℣⟩ *Dixit* (*dicit* cod.) *dominus* etc. ℣ *Hodie scietis quia veniet* / (f. 12r) *dominus. Et mane videbitis gloriam eius alleluia.* Oracio ut supra.

(102) Ad Vesperas Ant. *Iudea et Ierusalem.* Ps. omnia *Laudate* cum aliis psalmis etc. Cap. *Paulus.* ℟ *Iudea et Ierusalem.* ℣ *Constantes.* Ymnus *Veni redemptor.* ℣ *Hodie scietis. Et mane videbitis gloriam eius alleluia.* Ante Magnificat et post Ant. *Ioseph fili David.* Oracio ut supra. Sequitur *Benedicamus* cum uno *Alleluia* solempni, et post fiat commemoracio private de beata Anastasia de Ant. *Simile est regnum homini negociatori.* ℣ *Difusa.* Oracionem quere in communi *Da quesumus omnipotens deus ut beate Anastasie. Per dominum.* Et sequitur *Benedicamus* cum duobus *Alleluia* minus solempnis etc. ut consuetum est.

(103) Ad Completorium post psalmos sequitur semel *Alleluia* sine neuma et loco ymni dicitur prosa *Salve porta.* Cap. *Populus.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Completi sunt.* Oracio ut supra.

(104) IN DIE NATIVITATIS DOMINI ad Matutinas Invit. *Christus natus.* Ps. *Venite.* Ymnus *Christe redemptor.*

(105) In I° Nocturno ⟨Ant.⟩ *Dominus dixit.* Ps. *Quare fremuerunt* cum aliis etc. Prima lectio *Primo tempore* et in fine lectionis *Hec dicit.* Primum ℟ *Hodie nobis.* ℣ *Gloria in excelsis.* Secunda lectio *Consolamini,* in fine *Hec dicit.* ℟ *Hodie nobis.* ℣ *Hodie illuxit.* Tercia lectio *Consurge consurge. Hec dicit.* ℟ *Descendit de celis.* ℣ *Familiam.* ℣ *Unigenitum.* ℣ *Fac deus.* ℣ *Gloria patri.* ℣ *Facinora nostra. Fabrice mundi.*

(106) In II° Nocturno Ant. *Rex omnis.* Ps. *Omnes gentes* cum aliis antiphonis et psalmis. Versiculus *Speciosus forma pre filiis hominum alleluia.* Sermo beati Augustini *Hodie veritas,* in fine lectionis *Tu autem.* Quartum ℟ *Quem vidistis.* Sermo beati Leonis pape *Exultemus in domino.* Quintum ℟ *Beata dei genitrix.* Sermo beati Fulgencii *Cupientes aliquid de huius.* Sextum ℟ *Gaude Maria.* ℣ *Gabrielem.* ℣ *Gloria virtus. Et post partum virgo.* Prosa *Inviolata.*

(107) In III° Nocturno Ant. *Veritas de terra.* Ps. *Benedixisti* cum aliis psalmis et antiphonis. ℣ *Ipse invocavit me.* Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Exiit edictum.* Omelia etc. *Quia largiente domino.* Septimum ℟ *Ecce agnus dei.* ℣ *Hoc est.* Secundum Lucam *In illo tempore* /

(f. 12v) *Pastores.* Omelia *Videte Christi ecclesie.* Octavum ℟ *Sancta et inmaculata.* ℣ *Beata es virgo* etc. Secundum Johannem *In principio erat.* Omelia etc. *Nos diximus verba.* Nonum ℟ *Verbum caro.* ℣ *In principio* etc. Sequitur genealogia. *Dominus vobiscum. Et cum. Inicium sancti evangelii secundum Mattheum. Gloria tibi domine. Liber generacionis Iesu Christi.* Post sequitur Ps. *Te deum laudamus,* quo finito dicitur missa etc. Introitus *Dominus dixit ad me.* Ps. *Quare fremuerunt. Kyrie fons bonitatis. Gloria in excelsis* ut in ordinario misse habetur.

(108) Post ea sequuntur Laudes Ant. *Quem vidistis.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis etc. Quinta Ant. *Pastores.* Ps. *Laudate dominum de celis* et dicitur usque ad illum versum videlicet *Laudate dominum in sanctis,* quia ibi dicitur antiphona cum psalmo prout hic habetur videlicet Ant. *Pastores dicite quid nam vidistis.* Responsio a duobus *Infantem vidimus pannis involutum et choros angelorum laudantes salvatorem* et cantetur submissa voce. Qua finita dicitur cum eadem voce versus videlicet *Laudate dominum in sanctis. Laudate eum in firmamento virtutis eius.* ℣ *Laudate eum in virtutibus eius. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.* Iterum antiphona cum voce mediocri cantetur prout supra habetur. Post sequitur versus videlicet *Laudate eum in sono tube* cum eadem voce *Laudate eum in psalterio et cithara.* ⟨℣⟩ *Laudate eum in timpano et choro. Laudate eum in cordis et organo.* Iterum cum alciori voce sequitur antiphona ut supra videlicet *Pastores dicite.* Responsio *Infantem vidimus.* Item cum eadem voce ultimum versum videlicet *Laudate eum in cymbalis benesonantibus. Laudate eum in cymbalis iubilacionis. Omnis spiritus laudet dominum. Gloria patri. Sicut erat.* Postea dicatur tota antiphona videlicet *Pastores dicite.* Capitulum, ymnus, versus non dicuntur, sed solum antiphona videlicet *Gloria in excelsis.* Qua finita dicitur Ps. *Benedictus deus Israel.* Psalmo finito iterum dicatur antiphona predicta. Qua finita dicitur oracio sequens cum *Dominus vobiscum. Oremus Da nobis quesumus domine deus noster ut qui nativitatem. Per eundem. Dominus vobiscum. Benedicamus domino alleluia alleluia.* Postea fiat private commemoracio Anastasie de antiphona videlicet *Simile est regnum celorum sagine misse.* ℣ *Adiuvabit eam. Deus in medio eius non commovebitur alleluia.* Oracio ut supra in Vesperis.

(109) Et notandum quod in hac die et / (f. 13r) in die Circumcisionis ymni horarum cantentur ad cantum ymni *Christe redemptor omnium* et in fine dicitur ℣ *Gloria tibi domine qui natus est de virgine.*

(110) Ad Primam ymnus *Iam lucis.* Post psalmos loco antiphone

dicitur *Alleluia.* ℣ *Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes et adorate.* Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut,* que eciam dicitur ad Sextam post dictum *Alleluia* cum versu etc.

(111) Ad Terciam et Nonam dicitur oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut natus hodie salvator* cum versu et *Alleluia* ut supra.

(112) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Ps. *Dixit dominus* cum aliis psalmis et antiphonis etc. ut in libro. Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Multipharie.* Prosa *Mirabilis natura.* Ad Magnificat antiphona ante et post *Lux orta est.* Oracio *Concede quesumus.* Post *Benedicamus domino* sequitur responsorium de sancto Stephano *Stephanus servus dei.* Quo finito Ps. *Magnificat* et post dicitur antiphona videlicet *Omnes intendentes.* Oracio *Da nobis quesumus domine.* Loco *Benedicamus* dicitur prosa sequens videlicet *Dulcis laudis timpano cum melodis organo* ⟨*gratulemur Stephano*⟩ [*sancto*]. *Oy* (!) *mira virtus Stephani* cum versiculis sequentibus.

(113) Ad Completorium ymnus *Enixa est.* Cap. *Populus gencium.* ℣ *Custodi nos domine.* Ad Nunc dimittis Ant. *Alleluia Verbum caro.* Oracio *Da nobis quesumus domine deus noster ut qui nativitatem.* Et dicitur istud Completorium usque ad diem octave, Epyhanie inclusive, excepto quod in vigilia Circumcisionis dicitur ymnus *Corde natus ex parentis* et eciam a vigilia Epiphanie usque ad diem octave inclusive dicitur ymnus *Nuncium vobis* et ad Nunc dimittis antiphona videlicet *Stella magis* cum oracione *Deus illuminator gencium.*

(114) Item notandum quod a festo Nativitatis domini usque ad octavam Epiphanie inclusive sive fiat de festis in ipso tempore contingenti sive de octava, excepto festo Circumcisionis, ymni horarum cantantur ad cantum ymni *A solis ortu* exceptis horis in quibus dicitur *Iam lucis orto* cum cantu videlicet *Fulget dies.* Eciam hymni Matutinarum sive Laudes sanctorum contingencium infra tempus predictum ad dictum cantum cantentur, exceptis ymno *Iste confessor,* Ymno *Corde natus,* ymno *Illuminans* et ymno *Nuncium vobis,* quia predicti ymni non conveniunt cantui predicto etc. Et semper in ultimo versu dicitur *Gloria tibi* / (f. 13ᵛ) *domine qui natus est* usque ad Nonam vigilie Epiphanie domini, quia tunc dicitur in eodem versu *Gloria tibi domine qui apparuisti hodie* demptis ymnis videlicet *Iste confessor, Corde natus* et *Nuncium vobis.*

(115) Item notandum quod ⟨si⟩ dies Epiphanie in dominica evenerit, de dominica nichil fiet nisi ut in libro de dominica infra octavam Nativitatis habetur. Item si a Circoncisione usque ad Epiphaniam dominica evenerit, de dominica nichil fiet ut habetur de Nativitate domini.

(116) IN FESTO SANCTI STEPHANI ad Matutinas Invit. *Regem prothomartiris Stephani.* Loco ymni dicitur prosa videlicet *Mangnus deus. Qui es rex regum.*

(117) In I° Nocturno antiphona nocturni ut in libro habetur. Item ante secundum Nocturnum prosa *Cuius caritas. Atque perhenni.* In II° Nocturno antiphona et responsoria ut in libro. Item ante tercium Nocturnum prosa videlicet *Plenus etenim. Mangna dabat.* In III° Nocturno antiphona et responsoria ut in libro habentur etc. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore dicebat Iesus turbis Iudeorum.* Omelia etc. *Hoc quod antea dixeram.* Responsorium ut in libro. *Te deum laudamus.* ℣ *Ora pro nobis beate Stephane.*

(118) In Laudibus Ant. *Cum autem esset* cum aliis antiphonis et psalmis sequentibus. Capitulum, ymnus, versus non dicuntur sed prosa ante antiphonam de Benedictus videlicet *Letabundus exultet. Regem regum.* Ad Benedictus Ant. *Patefacte sunt.* Oracio ut supra. Commemoracio Nativitatis ⟨Ant.⟩ *Parvulus.* ℣ *Verbum caro etc. Et habitavit in nobis alleluia.*

(119) Item nota quod in omnibus versiculis, in quibus *Alleluia* dicitur, in fine versiculi non dicitur *Alleluia*, sed in fine responsionis ut patet hic *Verbum caro factum est. Et habitavit in nobis alleluia.* Et sic de aliis etc. Oracio *Concede.* Loco *Benedicamus* dicitur *Dulcis laudis timpano* ut supra in Vesperis.

(120) Ad Primam *Deus in adiutorium.* Ymnus dicitur prout hic sequitur *Iam lucis orto sydere. Fulget dies. Deum precemur supplices. Fulget dies ista. Ut in diurnnis actibus. Fulget dies. Nos servet a nocentibus. Fulget dies ista.* Et sic fiat de aliis versiculis. Et in fine dicitur *Amen, amen, amen, amen.* / (f. 14r) *Fulget dies. Amen, amen, alleluia. Fulget dies ista.* Post sequitur Ps. *Deus in nomine* cum aliis psalmis. Finitis psalmis dicitur *Alleluia* etc. *Video celos apertos.* Oracio *Concede.* Et dicitur per ebdomadam ad Primam. Ad alias horas in hac die ⟨oracio⟩ *Da nobis quesumus domine imitari quod colimus.* ℣ *Video* cum *Alleluia* ut supra.

(121) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium* cum aliis antiphonis et psalmis sequentibus. *Alleluia Ecce video.* Prosa *Cum hoc audisset.* Ad Magnificat Ant. *Eicientes.* Oracio *Da nobis quesumus* ut supra. Commemoracio Nativitatis de antiphonis *Parvulus* etc. ut supra. Loco *Benedicamus* dicitur ymnus *Dulcis laudis timpano.* Post sequitur responsorium de sancto Iohanne videlicet *Quatuor animalia.* Ad Magnificat *Ecce ego Iohannes.* Et sequitur *Dominus vobiscum. Oremus Ecclesiam tuam quesumus.* Loco *Benedicamus* dicitur ymnus sequens videlicet *Iohannes postquam senuit, Christus ei apparuit. Dicens amice propera ascende iam*

*ad ethera*[*m*]. *Relictis mundi dapibus epulare cum fratribus. Nos de tali convivio benedicamus domino.* Responsio *Nos ad tales epulas, deo dicamus gracias alleluia.* Ad Completorium ut supra.

(122) IN FESTO SANCTI IOHANNIS EVANGELISTE ad Matutinas Invit. *Adoremus regem.* Ps. *Venite.* Prosa *Trinitatem. Felix sedes. Iohannem deificat.*

(123) In I° Nocturno antiphona et responsorium ut in libro habentur. Sermo beati Augustini *Duas vitas.*

(124) In II° Nocturno prosa *Aque vive. Hic refulget.* Antiphone et psalmi cum responsoriis ut in libro habentur.

(125) In III° Nocturno prosa *Miratur nimia. Quod martir.* Antiphone et psalmi ut supra. Evangelium *Dixit Iesus Petro.* Responsoria ut etc. *Te deum laudamus.* ℣ *Valde honorandus.*

(126) In Laudibus Ant. *Hic est* cum aliis antiphonis et psalmis sequentibus. Prosa *Angelus consilii. Sol occasum.* Ad Benedictus Ant. *Iste est Iohannes.* Ps. *Benedictus.* Oracio ut supra. Loco *Benedicamus* dicitur ymnus ut supra in Vesperis videlicet *Iohannes postquam.* Commemoracio de Nativitate. Commemoracio de sancto Stephano videlicet prima antiphona de Laudibus. ℣ *Ora pro.* / (f. 14v) Oracio ut supra.

(127) Ad horas ymni cantentur ut supra dictum est. Post psalmum horarum dicitur *Alleluia Hic est discipulus.* Ad Primam oracio *Concede.* Ad alias horas *Ecclesiam.*

(128) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium. Alleluia* etc. *Hic est discipulus.* Prosa *O dilecte preceteris.* Ad Magnificat Ant. *In medio ecclesie. Dominus vobiscum. Ecclesiam tuam. Per dominum.* Loco *Benedicamus* dicitur *Iohannes postquam* ut supra. Postea fiunt commemoraciones de Nativitate, de sancto Stephano. Et in fine dicitur *Benedicamus domino alleluia alleluia.* Post sequitur responsum videlicet *Laverunt stolas suas.* Ad Magnificat Ant. *Istorum est.* Ps. *Magnificat. Dominus vobiscum* sine versiculis. Oracio *Deus cuius hodierna.* Loco *Benedicamus* dicitur iste ymnus *In laudes Innocencium, qui passi sunt martirium, psallat chorus infancium alleluia. Sit decus regi martirum et gloria. Cum filius apparuit, in quo pater complacuit, rex terrenus infremuit alleluia. Sit decus regi martirum et gloria. Hic magos iubet querere lupus sub angni vellere, angnum dei vult perdere alleluia. Sit decus* etc. ut supra. *Mittens occidit pueros, omnes Bethleem teneros, Rachelis deplorans liberos alleluia. Sit decus* etc. *Deo dicamus gracias alleluia.*

(129) Ad Completorium loco *Alleluia* dicitur *Laux tibi Christe.* Cetera ut in Completorio precedenti cum *Alleluia* ter. Ant. *Verbum caro.*

(130) Et notandum quod in isto festo sive officio in quocumque loco habetur *Alleluia*, non dicitur nisi sit dominica et nisi in supradicto ymno videlicet *In laudes*, quia ibi dicitur *Alleluia* ut patet. Item dicitur eciam in antiphona videlicet *Verbum caro* sicut in eadem habetur. Item dicitur eciam in commemoracionibus videlicet Nativitatis, sancti Stephani, sancti Iohannis etc.

(131) Item in psalmo videlicet *Venite exultemus* non dicitur *Gloria patri*, nec in responsoriis contentis in Matutinis, sed reiteratur responsorium in quo debemus dicere *Gloria patri*, nec *Te deum laudamus* dicitur, nec in missa in Introitu dicitur *Gloria patri*, nec *Gloria in excelsis* dicitur. Et in loco [de] *Alleluia* in missa dicitur *Laux tibi Christe*. Et si predictum / (f. 15r) festum Innocencium in dominica evenerit, dicatur in missa *Alleluia*. Item infra octavas et in octova totum dicitur videlicet *Alleluia, Gloria patri, Gloria in excelsis, Te deum* sicut in aliis diebus.

(132) Item notandum quod si istud festum in sabbato evenerit, in secundis Vesperis et ad Completorium *Alleluia* dicitur.

(133) ⟨IN FESTO SANCTORUM INNOCENCIUM⟩ Item in die sanctorum Innocencium et eciam in die Circumcisionis domini ad Matutinas sive dominica fuerit sive non dicto *Pater noster* more solito loco *Domine labia* dicitur *Domine nostra labia aperi tua gracia ut nostra puericia tua laudet mangnalia. Deus in adiutorium intende laborancium da doloris remedium festina in auxilium. In te Christe credencium miserearis omnium qui es deus in secula per seculorum secula. Ut chorus noster psallere possit et laudes dicere tibi Christe rex glorie gloria tibi domine.* Deinde sequitur Invit. *Innocencie.* Ps. *Venite.* Et post resumitur *Adoremus* etc. Si fuerit dominica dicitur prout in aliis festis etc. Sequitur prosa *Misit Herodes. Ad sinus.*

(134) In I° Nocturno antiphona et psalmi ut in libro. Legenda *Dedicatur novus.* Primum ℟ *Sub altare.* In tercio responsorio non dicitur *Gloria patri* nisi fuerit dominica ut supra, sed resumitur responsorium etc.

(135) In II° Nocturno prosa que prose semper dicuntur ante Nocturnum etc. *Exicium. Felix dolor.* Ant. *Norunt* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro.

(136) In III° Nocturno prosa *Planctus matrum. Nulla quidem.* Ant. *Dicunt* cum aliis antiphonis et psalmis. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Angelus domini apparuit.* In nono responsorio *Centum quadraginta. Te deum laudamus* non dicitur nisi in octava et in dominica si evenerit dictum festum etc. prout iam dictum est. ℣ *Vox in Rama.*

(137) In Laudibus Ant. *Herodes iratus* cum aliis antiphonis et psalmis.

Prosa *Sicut sidus. Neque sidus.* Antiphona ad Benedictus *Hii sunt qui cum mulieribus.* Oracio ut supra. Loco *Benedicamus*/ (f. 15v) dicitur ymnus ut supra in Vesperis, postea fiant commemoraciones de Nativitate, de sancto Stephano, de sancto Iohanne de antiphona videlicet *Hic est discipulus.* ℣ *Valde honorandus.* Oracio *Ecclesiam tuam. Per Dominum. Dominus vobiscum. Benedicamus domino alleluia alleluia. Deo gracias alleluia alleluia.*

(138) Ad horas dicantur ymni ut supradictum est. Post psalmos loco *Alleluia* dicitur *Laus tibi Christe.* ℣ *Te martirum.*

(139) Ad Primam oracio *Concede.* Ad alias horas *Deus cuius hodierna.* Ad Vesperas loco *Deus in adiutorium* dicitur ⟨*Deus*⟩ *in adiutorium intende laborancium* ut supra in Matutinis habetur. Ant. *Tecum principium* cum aliis antiphonis et psalmis. Finitis psalmis etc. loco *Alleluia* dicitur *Laus tibi Christe.* ℣ *Te martirum.* Prosa *Adhuc Herodes.* Ad Magnificat Ant. *Hii sunt.* Oracio *Deus cuius.* Loco *Benedicamus* ymnus ut supra videlicet in Laudes. Post sequuntur commemoraciones. Et primo fit commemoracio de sancto Thoma videlicet de Ant. *Pastor cesus.* ℣ *Gloria* ⟨*et*⟩ *honore.* Oracio *Deus qui ad glorificandum.* Et non dicitur *Per dominum,* sed statim fit commemoracio de Nativitate et de aliis sanctis prout supra. Item notandum quod ultima commemoracio fit de sancto Iohanne et dicitur in fine *Benedicamus* cum duobus *Alleluia.* Ad Completorium ut supra.

(140) IN FESTO SANCTI THOME MARTIRIS Invit. *Adsunt Thome.* Ps. *Venite.* Ymnus *Deus tuorum* cum cantu *A solis. Gloria tibi domine qui natus.* Antiphone, psalmi, responsoria ut in libro habentur. Versiculi ut habentur in uno martire. Legenda *Gloriosi martiris.* Primum ℟ *Studens.* Alia responsoria ut in libro habentur. Nonum ℟ *Thome cedunt.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ora pro nobis. Ut digni efficiamur promissionibus Christi alleluia.*

(141) In Laudibus Ant. *Granum cadit.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro. Cap. *Placens deo.* Ymnus *Martir dei* cum cantu ut supra. Ultimus versus ut supra. ℣ *Iustus ut palma.* Ad Benedictus Ant. *Spem nobis.* Oracio ut supra. Post commemoraciones cum uno *Benedicamus* et duobus *Alleluia,* videlicet commemoracio Nativitatis, sancti Stephani, sancti Iohannis et sanctorum Innocencium videlicet *Herodes iratus.* ℣ *Vox in Rama.* Oracio *Deus cuius. Per dominum* etc.

(142) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum cantu ymni *A solis.* Ultimum versum *Gloria tibi domine.* Ant. *Patrem.* Ps. *Deus in nomine* cum aliis psalmis etc. / (f. 16r) Cap. *Renovamini.* ℟ *Christe* cum *Alleluia.* ℣ *Qui*

*natus est de virgine Maria miserere nobis.* ℣ *Verbum caro.* Oracio *Concede. Exultabunt.*

(143) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte* cum eodem cantu et versiculo ultimo ut supra. Ant. *Fusum.* Capitulum, responsoria et versus per horas sicut de uno martire habentur.

(144) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium* cum aliis psalmis et antiphonis sequentibus. Cap. *Non recedet.* Ymnus *Deus tuorum* cum cantu et versu ut supra. ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *Felix locus.* Oracio *Deus qui ad glorificandum.* Commemoraciones ut supra. Ad Completorium ut in Completorio precedenti.

(145) Nota quod si in crastino beati Thome martiris dominica evenerit, fiant IX psalmi et IX lectiones ut in dominica infra octavam Nativitatis habentur, si autem non fuerit dominica, fiant IX psalmi cum antiphonis ut in ipsa dominica habentur et III lectiones de evangelio *Erat Ioseph* cum tribus responsoriis primis de ⟨℟⟩ *Benedictus* et dicitur versus videlicet *Tamquam sponsus.* Cetera ut in dominica habentur.

(146) DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI Invit. *Christus natus.* Ps. *Venite.* Ymnus *Christe redemptor.*

(147) In I° Nocturno Ant. *Dominus dixit.* Ps. *Quare fremuerunt.* Ant. *Tanquam sponsus.* Ps. *Celi enarrant.* Ant. *Diffusa.* Ps. *Eructavit.* ℣ *Tanquam sponsus procedit de thalamo suo alleluia.* Legenda *Sepe ut nostis.* Primum ℟ *Benedictus.* Secundum ⟨℟⟩ *Beata et venerabilis.* Tercium ℟ *Beata viscera.*

(148) In II° Nocturno Ant. *Rex omnis terre* etc. ut in libro habetur. ℣ *Speciosus forma.*

(149) In III° Nocturno Ant. *Veritas* cum aliis antiphonis et psalmis ut etc. ℣ *Ipse invocavit me.* Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Erat Ioseph.* Omelia etc. *Congregemus.* Nonum ℟ *Descendit.* ℣ *Tanquam sponsus.* Ps. *Te deum laudamus* dicitur sive sit dominica sive non. ℣ *Verbum caro.*

(150) In Laudibus Ant. *Genuit puerpera.* Ps. *Dominus regnavit. Iubilate* cum ceteris psalmis. Cap. *Ubi venit plenitudo.* Ymnus *A solis ortu* et dicitur totum. ℣ *Benedictus qui venit. Deus dominus.* Ad Benedictus Ant. *Dum medium silencium.* Oracio *Omnipotens sempiterne* et sequitur post antiphonaa videlicet *Lapidabant Stephanum.* ℣ *Ora pro nobis.* Oracio *Da nobis quesumus domine.* Fit eciam commemoracio sancti Iohannis. Commemoracio Innocencium. Oracio *Deus cuius. Per dominum.* / (f. 16v) *Benedicamus domino, alleluia alleluia.* Nec fit [n]ulla alia commemoracio de Nativitate quia totum officium dicitur hic.

(151) Ad Primam ymnus *Iam lucis* ad cantum iam dictum cum ultimo versu. Ant. *Virgo hodie*. Cap. *Renovamini*. ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia*. ⟨℣⟩ *Qui natus*. ℣ *Verbum caro*. Oracio *Concede quesumus*. *Exultabunt*.

(152) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte* cum eodem cantu etc. Ultimus ℣ *Gloria tibi domine qui natus*. Et sic per alias. Ant. *Hodie Christus*. Cap. *Propter hoc sciet*. ℟ *Verbum caro* cum *Alleluia*. ℣ *Viderunt*. Oracio *Omnipotens sempiterne*.

(153) Ad Sextam Ant. *Gaudeamus*. Cap. *Apparuit benignitas*. ℟ *Viderunt*. ℣ *Notum fecit dominus*. Oracio ut supra.

(154) Ad Nonam Ant. *Hodie intacta*. Cap. *Apparuit gracia*. ℟ *Notum fecit dominus*. ℣ *Ipse invocavit*. Oracio ut supra.

(155) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium* cum aliis antiphonis et psalmis sequentibus. Cap. *Ecce sacerdos*. ℟ *Sint lumbi*. Ymnus *Iste confessor* ad cantum suum solempnem. ℣ *Amavit eum*. Ad Magnificat Ant. *Sacerdos et pontifex*. Oracio *Da quesumus omnipotens deus*. *Per dominum*. Commemoracio primo de sancto Mario ⟨de⟩ Ant. *Magnificemus dominum*. ℣ *Ora pro nobis beate Marii*. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi alleluia*. Oracio *Adesto domine*. Deinde commemoracio Nativitatis de Ant. *Facta est cum angelo*. ℣ *Verbum caro*. Commemoracio Stephani. Commemoracio sancti Iohannis. Commemoracio Innocencium oracio *Deus cuius*. *Per dominum*. *Benedicamus* cum duobus *Alleluia*. Ad Completorium ut supra.

(156) Ad Matutinas de [eodem] SANCTO SILVESTRO Invit. *Regem confessorum*. Ymnus *Iste confessor* cum cantu suo. Et non dicitur in fine *Gloria tibi domine*, sed dicitur *Sit salus illi decus*. Cetera omnia ut in communi unius confessoris pontificis de festis IX lectionum habentur, exceptis precibus et neuma et excepto ymno de Laudibus videlicet *Iesu redemptor*, quod cantatur ad cantum *A solis* ut supra. Et dicitur *Gloria tibi domine qui natus est* in ultimo versu. Eciam ymni horarum ad eundem cantum et semper in fine *Gloria tibi domine*. Et dicantur versiculi de Matutinis et horarum cum *Alleluia* ut supradictum est. Sequitur legenda que incipit *Silvester igitur urbis Rome*. Evangelium secundum Lucam *In illo tempore* / (f. 17r) *dixit Iesus discipulis suis Sint lumbi vestri*. Omelia *Sancti evangelii, fratres karissimi, aperta*. Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Ora pro nobis beate Silvester*. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi alleluia*. In Laudibus Ant. *Ecce sacerdos*. Antiphona ut supradictum est. Ad Benedictus Ant. *Serve bone*. Oracio *Da quesumus* ut supra. *Per dominum*. Primo fit commemoracio beati Marii videlicet

de Ant. *Erexit nobis dominus cornu.* ℣ *Ora pro nobis beate Marii. Ut digni* etc. *alleluia.* Oracio ut supra. Commemoracio Nativitatis *Beatus venter* ut supra. Commemoracio Stephani. Commemoracio Iohannis. Commemoracio Innocencium *Herodes.* ℣ *Vox in Rama.* Oracio *Deus cuius. Per dominum. Benedicamus* cum duobus *Alleluia.*

(157) Ad Primam ymnus, antiphona ut in communi. Cap. *Renovamini.* ℟ *Christe Iesu* ⟨cum⟩ *Alleluia* ut supra habetur ad Primam. Oracio *Concede quesumus.* Cetera ut in communi habentur. Responsoria horarum dicantur cum *Alleluia.*

(158) Ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Christe redemptor.* Ant. *Hodie intacta.* Cap. *Dico enim Christum Iesum.* ℟ *Notum fecit dominus.* ℣ *Ipse invocavit.* Oracio *Deus qui salutis.*

(159) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *Multipharie.* ℟ *Verbum caro.* Ymnus *A solis ortu* et totum cantetur. Et primus versus cantetur cum cantu suo, alii vero versiculi cum cantu diversorum ymnorum ipsorum versiculorum conveniencium. ℣ *Tecum principium.* Ad Magnificat Ant. *Qui de terra est* et dicitur ante Magnificat et post. Oracio *Deus qui salutis. Benedicamus domino alleluia.* Nota quod in hac solempnitate in choro nulla fit commemoracio, sed private fiunt commemoraciones videlicet primo de sancto Silvestro Ant. *Similabo.* Alia commemoracio de sancto Mario videlicet *Euge serve bone.* ℣ *Ora pro nobis.* Oracio ut supra. Alia commemoracio de sancto Stephano etc. Alia de sancto Iohanne. Ultima commemoracio Innocencium. Et dicitur *Benedicamus* cum duobus *Alleluia.*

(160) Ad Completorium post psalmos dicitur unum *Alleluia.* Post sequitur ymnus *Corde natus.* Cap. *Populus gencium.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Verbum caro.* Oracio *Da nobis quesumus domine deus noster ut qui nativitatem.* Cetera omnia ut in Racionale habentur quia in multis ecclesiis multe ceremonie observantur de quibus racio reddi non potest.

(161) ⟨IN CIRCUMCISIONE⟩ Ad Matutinas semper observetur bona consuetudo / (f. 17[a]) et obediencia videlicet *Pater noster. Ave Maria.* More solito dicitur *Domine nostra labia aperi tua gracia* ut in die Innocencium habetur. Invit. *Christus natus est nobis.* Ps. *Venite* et cantetur ⟨ut⟩ in libro. Loco ymni dicitur prosa videlicet *Promissa mundo. In virgine.*

(162) In I[o] Nocturno ⟨Ant.⟩ *Dominus dixit* cum ceteris. Ps. *Quare fremuerunt.* ℣ *Tanquam sponsus.* Legenda ut in libro *Est michi adversus.* Primum ℟ *Descendit de celis.* ℣ *Tanquam sponsus.* Prosa *Processus pede. Mons de monte.*

(163) In II° Nocturno Ant. *Speciosus forma* cum aliis antiphonis et psalmis. Quarta lectio *Dies kalendarum.* Quartum ℟ *Beata dei genitrix* cum aliis responsoriis. Prosa *Lapis ille. Helizeus.*

(164) In III° Nocturno Ant. *Veritas.* Ps. *Benedixisti* cum aliis antiphonis et psalmis. ℣ *Notum fecit dominus.* Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Postquam.* Omelia *Circumciditur.* Septimum ℟ *Sancta et inmaculata.* Et dicitur sicut in Nativitate domini habetur. Octavum ⟨℟⟩ *Confirmatum.* Nonum ⟨℟⟩ *Verbum caro.* ℣ *Puer.* Ps. *Te deum.* ℣ *Verbum caro.*

(165) In Laudibus Ant. *O admirabile* cum aliis antiphonis et psalmis. Prosa ante Benedictus *O quam mira genitura,* quere in prosa beate Nativitatis Marie. Ad Benedictus Ant. *Mirabile misterium* et dicitur ante et post Oracio *Deus qui salutis.* Post *Benedicamus domino alleluia* fiant private commemoraciones de sanctis Stephano, Iohanne et Innocentibus. Oracio *Deus cuius hodierna. Benedicamus* cum duobus *Alleluia.*

(166) Ad Primam Ymnus *Iam lucis. Fulget dies* ut supra habetur. Post psalmos *Alleluia Dies sanctificatus.* Oracio *Concede quesumus omnipotens deus.*

(167) Ad alias horas versus cum *Alleluia* ut supra. Oracio ad Terciam, Sextam et Nonam *Deus qui nobis nati.* Ad Vesperas *Tecum principium.* Post psalmos sequitur *Alleluia. Multipharie.* Prosa *Splenduit lucerna.* Ad Magnificat Ant. *Mangnum hereditatis* et dicitur ante et post. Oracio *Deus qui salutis. Benedicamus* cum uno *Alleluia.* Post sequuntur commemoraciones sanctorum Stephani videlicet Ant. *Omnes intendentes* et Iohannis et Innocencium. Ad Completorium ut in die Nativitatis domini habetur.

(168) IN OCTAVA SANCTI STEPHANI ad Matutinas Invit. *Christum natum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Deus tuorum. Gloria tibi* cum cantu *A solis.*

(169) In I° Nocturno Ant. *Elegerunt* cum aliis psalmis *Beatus vir* etc. ut in libro habetur. In Laudibus antiphona sicut in die. / (f. 18r) Cap. *Elegerunt apostoli.* Ymnus *Sancte dei* cum cantu suo. ℣ *Iustus ut palma.* Ad Benedictus Ant. *Patefacte.* Oracio *Da nobis quesumus domine.* Commemoracio sancti Iohannis. Ant. *Sic eum volo.* ℣ *Valde honorandus.* Oracio *Ecclesiam.* Commemoracio sanctorum Ant. *Herodes.*

(170) Ad Primam ymnus *Iam lucis* ad cantum *A solis.* Ant. *Sepelierunt.* Cap. *Renovamini.* Oracio *Omnipotens sempiterne.*

(171) Ad Terciam ymnus etc. et semper in ultimo versu *Gloria tibi domine.* Ant. *Stephanus servus.* Cap. *Stephanus plenus.* ℟ *Gloria et honore*

cum *Alleluia.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui primicias* et dicitur eciam ad Sextam et ad Nonam.

(172) Ad Sextam Ant. *Videbunt omnes.* Cap. *Cum autem esset.*

(173) Ad Nonam Ant. ⟨Stephanus vidit⟩ Cap. *Positis autem genibus.* ℟ *Mangna* cum *Alleluia.*

(174) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *Stephanus.* Ymnus *Deus tuorum* cum cantu supradicto. *Gloria tibi domine.* ℣ *Gloria et honore.* Ad Magnificat Ant. *Eicientes.* Oracio ut supra ad Matutinas. Commemoracio sancti Iohannis *Iohannes apostolus.* ℣ *In omnem terram.* Oracio *Ecclesiam.* Commemoracio Innocencium *Angeli eorum* etc. Ad Completorium ut in die.

(175) Notandum quod in omnibus festis in quibus capitula et responsoria ad horas dicuntur, capitula sanctorum propria dicantur quocumque tempore celebrentur, excepto Prima et Completorio.

(176) IN OCTAVA SANCTI IOHANNIS EVANGELISTE ad Matutinas Invit. *Adoremus regem apostolorum.* Ymnus *Exsultet* cum cantu et versu prout supra.

(177) In I° Nocturno Ant. *Qui vicerit* etc. ut in libro. Legenda *Post Domicianum.* Primum et secundum responsorium ut in die, tercium ℟ *Qui vicerit,* quartum, quintum ⟨℟⟩ ut in die, sextum ℟ *Cibavit,* septimum, octavum et nonum responsorium ut in die. In Laudibus ut in die. Cap. *Qui timet deum.* Ymnus *Eterna Christi* cum cantu et versu ut supra. Antiphona de Benedictus et oracio ut in die. Commemoracio sanctorum *Cantabant. Benedicamus* cum duobus *Alleluia.*

(178) Ad Primam Ant. *Exiit sermo.* Cetera ut in octava sancti Stephani.

(179) Ad Terciam Ant. *Dabit illi.* Cap. *Cibavit illum.* Responsoria de apostolis cum *Alleluia.* Oracio *Sit domine quesumus.*

(180) Ad Sextam Ant. *Hic est.* Cap. *In medio.* Responsorium de apostolis. Oracio *Beati evangeliste.*

(181) Ad Nonam Ant. *Sic eum volo.* Cap. *Iocunditatem.* Responsorium ut supra. Oracio *Beati Iohannis.*

(182) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *In medio ecclesie.* Ymnus *Exultet* cum cantu ut supra. Ad Magnificat antiphona / (f. 18v) cum oracione sicut in die. Commemoracio sanctorum *Istorum est.* Oracio ut in die etc. *Benedicamus domino, alleluia, alleluia.* Ad Completorium ut supra.

(183) IN OCTAVA SANCTORUM INNOCENCIUM Invit. etc. *Innocencie auctorem.* Ymnus *Rex gloriose* cum cantu et versu ut supra. Cetera alia ut in die, exceptis prosis. Legenda *Zelus quo.* Tercium ℟ *Adoraverunt.*

Sextum ℟ *Isti sunt.* Cetera ut in die cum *Gloria patri* et *Alleluia* ubi necesse fuerit. In Laudibus ut supra in die. Cap. *Vidi supra montem.* Ymnus *Eterna Christi munera et martirum victoria* cum cantu et versu ut supra. Ad Benedictus antiphona cum oracione ut in die. *Benedicamus domino alleluia, alleluia.*

(184) Ad Primam Ant. *Laverunt.* Cetera ut in die precedenti habetur.

(185) Ad Terciam Ant. *A bimatu.* Cap. *Audivi vocem.* ℟ *Letamini* cum *Alleluia.* Et sic per alias horas. Oracio *Deus qui licet sit mangnus* que dicitur eciam ad Sextam et Nonam.

(186) Ad Sextam Ant. *Ambulabunt mecum.* Cap. *Cantabant sancti canticum.* ℟ *Iusti.*

(187) Ad Nonam Ant. *Sinite parvulos.* Cap. *Hii sunt qui cum mulieribus.* ℟ *Exultent.*

(188) Ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *Hii empti sunt ex hominibus.* Ymnus *Rex gloriose martirum* cum cantu et versu ut supra. Ad Magnificat Ant. *Hii sunt qui venerunt.* Oracio *Deus cuius hodierna. Benedicamus domino alleluia alleluia.* Ad Completorium ut supra etc.

(189) Nota si vigilia Epiphanie in dominica evenerit, totum fiat et ita solempniter ut in dominica consuetum est fieri. Ad Matutinas Invit. *Christus natus* cum cantu suo solempniter. Ymnus *A solis ortu* et dicitur usque ad ℣ *Enixa est,* et in ultimo ℣ *Gloria tibi domine qui natus.* Sex prime lectiones fiant de sermone Leonis pape videlicet *Sepe ut* cum antiphonis, psalmis et versiculis de Circumcisione. Responsoria vero ut in dominica infra octavas Nativitatis domini habentur cum psalmo *Te deum laudamus.* Versus cum Laudibus ut in vigilia Epiphanie habetur et ymni horarum ad cantum etc. *A solis.* Cetera ut in vigilia habentur.

(190) Si vero alia die evenerit quam in dominica fiet officium simpliciter. Invitatorium cum psalmo *Venite* et ymni horarum ad cantum ferialem cantentur usque ad Nonam vigilie Epyphanie domini. Cetera ut in vigilia habentur.

(191) Item notandum si festum Epiphanie in sabbato evenerit, in secundis Vesperis fiat commemoracio de dominica infra / (f. 19$^{r}$) octavas Epiphanie de antiphona videlicet *Puer Iesus* nec mutetur sed semper sabbatis diebus dicatur ad Magnificat in commemoracione de dominica usque ad Septuagesimam. Versus in commemoracione post dictam Ant. *Benedictus qui venit in nomine domini. Deus dominus et illuxit nobis alleluia.* Oracio *Vota nostra* vel oracio dominice currentis. Et post

octavam Epiphanie dicitur diebus sabbatis ℣ *Vespertina oracio ascendat.* Evangelium dominice *Cum factus esset.* Et fiant commemoraciones ut in dominica infra octavam Epiphanie habentur. Et feria IV[a] sequenti evangelium *Vidit Iohannes Iesum.*

(192) Si vigilia Epiphanie in dominica evenerit, legenda *Sepe ut nostis* sicut in dominica infra octavas Nativitatis domini. Cetera de evangelio vigilie habentur ut supra dictum est.

(193) IN VIGILIA EPIPHANIE Invit. *Christus natus.* Ps. *Venite.* Ymnus *A solis* et dicitur usque ad ℣ *Enixa est.* Antiphone cum psalmis ut in Circoncisione domini cum versiculis. Evangelium *Defuncto Herode.* Primum ℟ *Benedictus.* Secundum ℟ *Beata et venerabilis.* Tercium ℟ *Beata viscera.* Ps. videlicet *Te deum* non dicitur.

(194) In Laudibus versiculus *Verbum caro.* Ant. *O admirabile* super psalmos *Dominus regnavit* cum aliis. Cap. *Quod ⟨im⟩possibile.* Ymnus *Enixa.* ℣ *Benedictus qui venit.* Ad Benedictus Ant. *Tolle puerum.* Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Corda nostra.*

(195) Ad Primam ymnus *Iam lucis. Gloria tibi domine.* Ant. *In principio.* Cap. *Renovamini.* ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia.* ℣ *Qui natus.* Versiculus *Verbum caro.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus dirige.* Ad Terciam ⟨Ant.⟩ *Natus est nobis.* Cap. *Prius enim.* ℟ *Verbum.* Ad Sextam Ant. *Natus est.* Cap. *Dico enim.* Ad Nonam Ant. *Rerum deus. Gloria tibi domine qui apparuisti* cum cantu ymni *Hostis Herodes.* Ant. *Stella ista.* Cap. *Omnes de Sabba.* ℟ *Reges Tarsis* cum *Alleluia* ut infra octavas ad Nonam habetur.

(196) Ad Vesperas *Tecum principium.* Cap. *Ecce gentes.* ℟ *Illuminare.* Ymnus *Hostis.* ℣ *Reges Tarsis.* Ad Magnificat Ant. *Magi videntes.* Oracio *Corda.*

(197) Ad Completorium ymnus *Nuncium vobis.* Cap. *Populus gencium.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Alleluia stella magis.* Oracio etc. *Deus illuminator omnium gencium.* Istud Completorium non mutetur per octavas.

(198) ITEM IN DIE ad Matutinas primo dicto *Pater noster,* ut moris est, incipiatur antiphona videlicet *Afferte domino* et statim post dicitur Ps. *Filii dei afferte* / (f. 19[v]), nec dicitur *Domine labia,* nec *Deus in adiutorium,* nec *Venite,* nec ymnus ad denotandum promptuacionem regum qui ex obruto venerunt adorare Christum. Et sic ex obrutto incipitur Nocturnus videlicet Ant. *Afferte.* Ps. *Ipsum* cum aliis psalmis et antiphonis etc. Legenda *Omnes cicientes.* Secunda lectio *Surge illuminare.* Tercia lectio *Gaudens.* Et in fine dictarum lectionum dicitur *Hec dicit dominus qui hodierna die apparuit Convertimini* etc. ut habetur

in libro. Quarta lectio *Exultandum* et in fine lectionis dicitur *Tu autem domine*. Evangelium secundum Matheum *Cum natus*. Nonum ℟ *In columbe*. ℣ *Celi aperti sunt. Gloria patri. Ipsum audite*. Postea sequitur genealogia videlicet *Dominus vobiscum. Sequencia sancti evangelii secundum Lucam. Factum est cum baptizaretur*. Postea sequitur Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Tria sunt munera*.

(199) In Laudibus Ant. *Ante luciferum*. Cap. *Surge illuminare*. Ymnus *Illuminans*. ℣ *Omnes de Sabba*. Ad Benedictus Ant. *Hodie [scietis] ⟨celesti⟩*. Oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium *Deus qui hodierna*. Ad horas *Alleluia Vidimus stellam*. Oracio ut supra. Ad Vesperas Ant. *Tecum principium. Alleluia Vidimus*. Prosa *Gaudete* ut in libro habetur. Ad Magnificat Ant. *Tribus miraculis*. Oracio ut supra. Ad Completorium ut supra habetur in libro.

(200) Item notandum quod si festum Epiphanie in dominica evenerit, in feria II[a] sequenti legatur evangelium *Cum factus esset Iesus*. Ad Matutinas in eadem feria II[a] fiat commemoracio de dominica de Ant. *Fili[i] quid*. Ad Vesperas commemoracio eciam de dominica de Ant. *Remansit puer*. ℣ *Benedictus*. Oracio *Vota nostra quesumus domine*. Item evangelium videlicet *Vidit Iohannes Iesum*. Legatur feria IIII[a] sequenti ad Matutinas. Item si festum Epyphanie in feria IIII[a] evenerit, feria VI[a] sequenti predictum evangelium legatur videlicet *Vidit Iohannes*. Et si predictum festum Epiphanie in feria V[a], VI[a] vel sabbato evenerit, in feria IIII[a] sequenti ad Matutinas predictum evangelium *Vidit Iohannes* legatur. Alioquin fiat de predicto evangelio ut supra habetur.

(201) INFRA OCTAVAS EPIPHANIE Invit. *Christus apparuit* ut supra. Antiphone, psalmi ut in die. Versus ante lectiones et tria responsoria primi Nocturni dicuntur feria II[a] et V[a], alius versus et alia responsoria secundi Nocturni / (f. 20r) feria III[a] et VI[a], alius versus et tria responsoria tercii Nocturni feria IIII[a] et sabbato etc. Et sic fiat per anni circulum de consimilibus nisi de contrario videatur. Ps. *Te deum*. ℣ *Tria sunt*. In Laudibus Ant. *Ante luciferum* et dicantur per ordinem de die in diem et non dicatur nisi sola antiphona in Laudibus super psalmos. Et hoc tam in dominica quam infra octavas capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Ab oriente*. Oracio *Deus qui hodierna*. Ad Primam Ant. *Lux de luce*. Cap. *Renovamini*. ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia*. ℣ *Qui apparuisti*. Oracio *Deus qui hodierna*. Ad Terciam Ant. *Vidimus*. Cap. *Gaudete*. ℟ *Omnis terra* cum *Alleluia*. Oracio *Deus cuius hodierna*. Ad Sextam Ant. *Venient*. Cap. *Leva in circuitu*. ℟ *Omnes gentes*.

Oracio *Presta quesumus.* Ad Nonam Ant. *Stella ista.* Cap. *Omnes de Sabba venient.* ℟ *Reges Tharsis et.* ℣ *Tria sunt munera.* Oracio *Illumina.* Ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *Surge.* Ymnus *Hostis Herodes.* ℣ *Reges Tharsis.* Ad Magnificat Ant. *Tria sunt.* Oracio *Deus qui hodierna.* Ad Completorium ut supra. Antiphone que sequuntur videlicet *Ab oriente* et alie dicantur infra octavas et in dominica. Ad Benedictus et ad Magnificat per ordinem etc. Feria IIII[a] infra octavas evangelium etc. ut supra dictum est.

(202) DOMINICA INFRA OCTAVAS ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *Surge.* Ymnus *Hostis Herodes.* ℣ *Reges Tharsis.* Ad Magnificat antiphona ut supra de supradictis antiphonis que per ordinem habentur etc. Oracio *Deus qui hodierna.* Commemoracio dominice Ant. *Puer Iesus.* ℣ *Benedictus.* Oracio *Vota.* Ad Completorium ut supra. Ad Matutinas Invit. *Christus* ut supra habetur in die, excepto genealogia. In Laudibus dicitur sola antiphona ad Benedictus illa per ordinem. Oracio *Deus qui hodierna.* Commemoracio de dominica. Ant. *Fili[i] quid fecisti.* ℣ *Benedictus.* Oracio *Vota quesumus domine.* Ad alias horas ut supra infra octavas habetur. In commemoracione dominice Ant. *Remansit puer Iesus.* ℣ *Benedictus qui venit.* Oracio ut supra. Dominica infra octavas Epiphanie legenda *Memoria rerum.* Evangelium *Cum factus esset Iesus.* Et notandum quod si fuerint plures dominice ab octava Epiphanie usque ad Septuagesimam et dies octave Epiphanie in dominica evenerit vel feria II[a] et dominica que sequitur sit dominica prima post octavam Epiphanie, infra ipsam / (f. 20[v]) ebdomadam precedentem predictam dominicam cantetur de dominica infra octavas Epiphanie et hoc in missa tantum. Et ad horas, si fiat de feria officium, fiat prout infra ebdomadam post octavam Epiphanie habetur.

(203) Item notandum quod Laudes videlicet *Ante luciferum* que deberent dici in octava Epiphanie, feriis precedentibus diem octavarum ad Matutinas dicantur, quia in octava alie proprie dicuntur videlicet *Veterem hominem.*

(204) IN OCTAVA EPIPHANIE ad Vesperas Ant. *Tecum principium.* Cap. *Exultet desertum.* Ymnus *Hostis Herodes.* ℣ *Reges Thrasis.* Ad Magnificat Ant. *Fontes aquarum.* Oracio *Deus cuius unigenitus* et dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Commemoracio sancti Ylarii Ant. *Sacerdos et pontifex.* ℣ *Amavit.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut.* Ad Completorium ut infra octavas. Ad Matutinas ut in dominica infra octavas. Legenda *Meminit sanctitas vestra.* Evangelium *Venit Iesus a Galilea.* Nonum ℟ *Factum est autem cum baptizaretur.*

℣ *Venit Iesus*. Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Tria sunt*. In Laudibus Ant. *Veterem hominem* cum aliis antiphonis et psalmis. Cap. *Surge illuminare*. Ymnus *Illuminans*. Ad Benedictus Ant. *Precursor Iohannes*. Commemoracio Hylarii ut supra. Ant. *Euge serve*. Oracio ut supra. Ad Primam Ant. *Veterem*. Cetera ut supra infra octavas. Ad Terciam Ant. *Te quidem*. Capitulum et responsorium ut supra infra octavas. Ad Vesperas Ant. *Tecum principium*. Cap. *Exultet*. Ymnus *Hostis*. Ad Magnificat Ant. *Christus datus est*. Oracio ut supra. Commemoracio de Ant. *Iste sanctus*. Oracio ut in primis Vesperis. Alia commemoracio videlicet Felicis. ⟨Ant.⟩ *Similabo*. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus*. Et fiat solum *Benedicamus* cum duobus *Alleluia*. Ad Completorium ut infra octavas. Et hic finiuntur *Alleluia* videlicet in responsoriis, in versiculis causa solempnitatis Nativitatis domini etc. Et in istis octavis secundis Vesperis dictis dicuntur aliquantulum vigilie solempniter pro defunctis. Et in crastino fiat tantum processio cum missa pro defunctis. Et sciendum quod si predicte octave in sabbato evenerint, officium defunctorum ad feriam II$^{am}$ sequentem transferatur, quia sic inolevit ecclesia cathedralis Lausannensis.

(205) Item quere post festum sancti Silvestri, quia in eodem festo incipiunt sancti etc. Item notandum quod ab octava Epiphanie usque ad Quadragesimam et ab octava Eucharistie usque ad Adventum in officio de dominica / (f. 21$^{r}$) dicuntur capitula, ymni, versiculi in primis et secundis Vesperis et eciam in Matutinis prout in prima dominica post octavam Epiphanie habentur videlicet in primis Vesperis Cap. *Benedic⟨t⟩io et claritas*. Ymnus *O lux beata*. ℣ *Vespertina*, exceptis Vesperis Septuagesime, in quibus dicitur loco ymni prosa videlicet *Cantemus cuncti* et ℣ *Mane*. In Matutinis vero tempore predicto invitatoria que secuntur per ordinem dicantur nisi alia propria invitatoria conveniat dici, et eciam dicantur in quibusdam dominicis prout in ipsis dominicis habentur. Primum Invit. *Adoremus dominum*. Secundum *Dominum qui fecit nos*. Tercium *In manu tua*. Ymnus *Nocte surgentes*.

(206) In I$^{o}$ Nocturno versiculus *Memor fui*. In II$^{o}$ ⟨Nocturno⟩ ℣ *Quoniam tu illuminas*. In III$^{o}$ ⟨Nocturno⟩ ℣ *Exaltare domine*. ℣ ante Laudes *Fiat misericordia*.

(207) In Laudibus Cap. *Benedictus ⟨deus⟩ et pater domini nostri*. Ymnus *Ecce iam noctis*. Versus *In matutinis*.

(208) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum suo cantu proprio non feriali. Cap. *Regi autem seculorum*. ℟ *Christe Iesu*. ℣ *Qui sedes*. *Gloria patri*. ℣ *Exurge*. Preces parve dicuntur.

(209) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte nobis* cum cantu suo ut supra ad Primam. Ant. *Tuam disciplinam.* Cap. *Loquimini veritatem.* ℟ *Inclina cor meum.*

(210) Ad Sextam ymnus *Rector potens* cum cantu ut supra. Ant. *Adiuva me.* Cap. *Hoc mandatum.* ℟ *In eternum domine.*

(211) Ad Nonam ymnus *Rerum deus tenax* cum cantu ut supra. Ant. *Vide humilitatem.* Cap. *Si diligamus.* ℟ *Clamavi in toto corde.*

(212) Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris meis.* Cap. *Quisquis confessus.* Ymnus *Lucis creator.* ℣ *Dirigatur.*

(213) Et infra ebdomadam tempore predicto videlicet quando fit de feria ad utrasque Vesperas Cap. *Dominus autem dirigat.* Ymnus non dicitur. ℣ *Dirigatur domine.* Et in Matutinis videlicet in Laudibus Cap. *Fratres vigilate.* Ymnus non dicitur. ℣ *Repleti sumus.* Ad horas ymni cantantur ad cantum suum ferialem. Ad Primam Ant. *Beati qui ambulant.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu* cum cantu feriali etc. cum precibus videlicet *Repleatur os meum.* Ad Terciam Ant. *Deduc me.* Cap. *Sana me domine.* ℟ *Sana animam meam.* Ad Sextam Ant. *In eternum domine.* Cap. *Alter alterius.* ℟ *Benedicam dominum.* Ad Nonam Ant. *Aspice in me.* Cap. *Empti enim.* ℟ *Redime me domine.* Cetera quo ad Laudes et ad / (f. 21$^{v}$) Primam, Terciam, Sextam, et Nonam et ad Vesperas ut infra ebdomadam post octavam Epyphanie in officio feriali habentur. Item in tempore predicto in Matutinis Nocturni antiphone Nocturnorum et versiculi dicendi ante lectiones existentes in prima dominica post ectavam Epyphanie et infra octavam sequentem in officio dominicali ot feriali dicantur reddendo singula singulis. Laudes vero prime dominice post octavam Epiphanie diebus dominicis quibus fit de dominica usque ad Septuagesimam dicantur. Item notandum quod responsorium videlicet *A dextris est michi* semper in primis Vesperis dicitur scilicet sabbatis diebus a prima dominica post octavam Epiphanie usque ad Septuagesimam quando fient Vespere integre de dominica. Responsoria vero videlicet *Domine ne in ira* tempore predicto dominicis diebus, si fiat de dominica, dicantur. De responsoriis que eciam infra ebdomadam post primam dominicam post octavam Epiphanie habentur, dicantur infra ebdomadam usque ad Septuagesimam. Si fiat officium de feria prout ferie variantur nisi festum qualecumque evenerit, quia fit de festo et non de feria neque de dominica. In dominica vero si festum IX lectionum evenerit fiat de festo, et de dominica commemoracio de Ant. *Puer Iesus* et de antiphonis de Benedictus et Magnificat que post evangelium habentur, et de

feria nulla fit commemoracio. De festis III lectionum in dominica eveniencium fiat tantum commemoracio et non sit cura si responsoria tam de dominica quam de feriis predictis non compleantur etc. causa brevitatis temporis vel festi[s].

(214) DOMINICA PRIMA POST OCTAVAM EPIPHANIE ad Vesperas Ant. *Benedictus.* Ps. ipsum. Ant. *In eternum.* Ps. *Exultabo.* Ant. *Laudabo.* Ps. *Lauda anima mea.* Ant. *Deo nostro.* Ps. *Laudate dominum.* Ant. *Benedixit.* Ps. *Lauda Ierusalem.* Cap. *Benedic⟨t⟩io et claritas.* ℟ *A dextris est.* Ymnus *O lux beata.* ℣ *Vespertina.* Ad Magnificat antiphona usque ad Septuagesimam *Puer Iesus.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui celestia* vel dicitur oracio dominice currentis, quere cum evangelio *Nupcie.* Ad Completorium Ps. *Cum invocarem. In te domine. Qui habitat. Ecce nunc.* Post psalmos loco antiphone dicitur semel *Alleluia.* Ymnus *Iesu redemptor* et cum cantu suo semper cantetur videlicet quando predictus ymnus dicetur.

(215) Aliis privatis diebus quibus fiet Nocturnus et in festis III lectionum dicitur ymnus *Te lucis ante terminum.* Cap. *Pacem et veritatem.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Salva nos.* Ps. *Nunc dimittis.*

(216) Preces sequentes dicantur ad Primam et Completorium / (f. 22r) exceptis solempnibus et eorum octava, et exceptis quibusdam dominicis et festis IX lectionum et aliquibus diebus in isto ordinario declaratis et declarandis. *Kyrieleyson* ter, *Christeleyson* ter, *Kyrieleyson* ter. *Pater noster. Et ne nos. Sed libera. In pace in idipsum. Dormiam.* Et ad Primam dicitur *Vivet anima et iusticia. Erravi sicut. Quere servum. Credo. Carnis resurrectionem. Vitam eternam. Benedicamus patrem cum. Laudemus. Benedictus es domine. Laudabilis. Benedicat nos omnipotens. Et custodiat semper amen.* Quando preces a duobus dicuntur, si solum unus sit sacerdos vel si ambo sint sacerdotes, tantum melius a sacerdotibus dicitur *Pone domine.* Clericus *Et hostium.* Sacerdos *Confiteor.* Clericus *Misereatur.* Item clericus *Confiteor.* Sacerdos *Misereatur.* Sacerdos *Absolucionem et remissionem.* Deficiente sacerdote a clericis dicitur solum *Dignare me* et dimittuntur omnia que ad confessionem pertinentur. Et ad Completorium dicitur *Dignare domine nocte ista.* Et ad Primam dicitur *Dignare domine die isto. Miserere mei domine. Miserere. Fiat misericordia. Quemadmodum. Domine deus virtutum. Et ostende faciem. Domine exaudi. Et clamor.* Item diebus quibus Nocturnus fit, ad Completorium dicitur Ps. *Usquequo,* et in Quadragesima dicitur Ps. *Miserere. Gloria patri* etc. *Exurge Christe. Et libera domine deus. Et ostende. Domine*

*exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum.* Oracio *Deus qui illuminas noctem.* Ad Primam vero dicitur oracio *Domine sancte pater qui.*

(217) Ad Matutinas invitatoria videlicet primum *Dominum qui fecit nos,* secundum *Adoremus dominum,* tercium *In manu.* Ps. *Venite.* Ymnus *Nocte surgentes.*

(218) In I° Nocturno Ant. *Servite domino.* Ps. *Beatus vir. Quare fremuerunt. Domine quid multiplicati. Domine ne. Gloria patri.* Ant. *Domine deus.* Ps. ipsum. *Domine dominus noster. Confitebor. In domino confido. Gloria.* Ant. *Cantabo.* Ps. *Salvum me fac. Usquequo. Dixit incipiens. Domine quis habitabit.* ℣ *Memor fui. Et custodivi.* Et sequitur ⟨ut in libro⟩. / (f. 22v)

(219) Item legantur a die crastina octave Epiphanie usque ad Septuagesimam ⟨tam⟩ dominicis diebus quibus fiet de dominica quam infra ebdomadam, exceptis festis IX lectionum, epistole Pauli. Legantur videlicet numero quatuordecim. Primum ℟ *Domine ne in* cum aliis responsoriis, versibus et antiphonis et psalmis ut habetur in libris. Evangelium dominice currentis. Nonum ℟ *Afflicti pro peccatis.* ℣ *Domine deus Israel.* Ps. *Te deum.* ℣ *Fiat misericordia.* In Laudibus Ant. *Regnavit dominus.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis antiphonis et psalmis ut in libro habetur. Cap. *Benedictus deus et.* Ymnus *Ecce iam noctis.* ℣ *In matutinis.* Oracio cum antiphona quere post evangelium dominice currentis.

(220) Ad Primam ymnus *Iam lucis.* Ant. *Dominus regit me* super psalmos videlicet *Deus deus meus respice. Dominus regit. Gloria patri. Domini est terra. Ad te Levavi. Gloria patri. Iudica me domine. Quoniam ego. Deus in nomine. Gloria patri. Confitemini. Gloria patri. Beati immaculati. Gloria patri. Retribue. Gloria patri. Quicunque. Gloria patri.* Ant. *Dominus regit me.* Cap. *Regi autem seculorum.* ℟ *Christe Iesu.* ℣ *Qui sedes. Gloria patri.* ℣ *Exurge.* Preces ut supra. Oracio *Domine sancte pater. Per dominum. Dominus vobiscum. Benedicamus. Deo gratias. Exultabunt sancti in gloria. Letabuntur. Preciosa in. Mors sanctorum eius. Oremus Sancta Maria. Per omnia secula seculorum amen. Deus in adiutorium.* [*Deus in adiutorium*]. *Deus pius, fortis et clemens. In adiutorium meum intende. Gloria patri* etc. *Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Respice domine. Et sit splendor. Oremus. Dirigere et sanctificare. Per omnia secula seculorum. Dominus vobiscum. Benedicamus. Deo gracias.* Sequitur *De profundis* pro defunctis. *Requiem. Et lux. A porta. Erue domine. Requiescant. Amen. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum. Oremus Fidelium.*

(221) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte.* Ant. *Tuam disciplinam.* Ps.

*Legem.* Cap. *Loquimini veritatem.* ℟ *Inclina cor meum.* ℣ *Averte oculos meos* / (f. 23r) *In testimonia. Gloria patri. Inclina.* ℣ *Ego dixi domine. Sana animam.* Oracio dominice currentis.

(222) Ad Sextam ymnus *Rector potens.* Ant. *Adiuva me.* Ps. *Defecit in salutare.* Cap. *Hoc mandatum.* ℟ *In eternum domine.* ℣ *Dominus regit me.*

(223) Ad Nonam ymnus *Rerum deus.* Ant. *Vide.* Ps. *Mirabilia.* Cap. *Si diligamus.* ℟ *Clamavi in toto.* ℣ *Ab ocultis meis.*

(224) Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris meis.* Ps. *Dixit dominus domino meo.* Ant. *Fidelia* Ps. *Confitebor.* Ant. *In mandatis.* Ps. *Beatus vir.* Ant. *Sit nomen.* Ps. *Laudate.* Ant. *Nos qui.* Ps. *In exitu Israel.* Et in Quadragesima dicitur Ant. *Domus Iacob* super psalmum etc. *In exitu.* Cap. *Quisquis.* Responsorium non dicitur nisi proprium signetur. Et cum signabitur cum bona avertancia dicatur. Ymnus *Lucis creator.* ℣ *Dirigatur.* Ad Magnificat antiphona cum oracione dominice currentis. Et ad Completorium ut supra.

(225) FERIA IIa ad Matutinas Invit. *Venite exultemus.* Ps. ipsum. Ymnus non dicitur. In Nocturno Ant. [*Domine deus.*] ⟨*Dominus defensor*⟩ Ps. *Dominus illuminacio mea. Ad te domine clamavi. Gloria patri* cum aliis antiphonis et psalmis ut in eodem Nocturno habetur. Primum ℟ *Quam mangna.* ℣ *Perfecisti.* Secundum ℟ *Benedicam.* ℣ *In domino.* Tercium ℟ *Delectare.* ℣ *Revela.* Ps. *Te deum* non dicitur. ℣ *Fiat misericordia.* In Laudibus Ant. *Miserere.* Ps. ipsum etc. ut in psalterio habetur. Cap. *Fratres vigilate.* ℣. *Repleti.* Ad Benedictus Ant. *Benedictus.* Ps. ipsum. *Kyrie* ter. *Christeleison* ter. *Kyrie* ter. *Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi domine. Sana animam* etc. ut in libro. *Domine exaudi oracionem meam. Et clamor.* Ps. *Miserere mei. Gloria patri. Exurge Christe. Et libera. Domine deus virtutum. Et ostende. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum.* Oracio dominice currentis sive ferie secundum exigenciam temporis.

(226) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum cantu feriali. Ant. *Beati qui ambulant.* Ps. *Deus in nomine. Gloria patri. Beati inmaculati. Gloria. Retribue. Gloria. Quicumque. Gloria.* Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu.* Preces sequentes dicantur ad Primam infra ebdomadam quando Nocturnus fit etc. *Kyrie* ter. *Christe* ter. *Kyrie* ter. *Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Vivet anima mea. Et iudicia. Erravi. Quere servum. Credo in deum. Carnis resurrestionem. Vitam eternam amen. Repleatur os meum* et cetera ut in libro habentur. *Domine exaudi.* Ps. *Miserere mei. Gloria patri. Exurge* / (23v) *Christe adiuva. Et libera. Domine deus virtutum. Et*

*ostende. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum. Oremus Domine sancte pater. Per dominum* etc. *Exultabunt sancti* ut supra.

(227) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte.* Ant. *Deduc me.* Ps. *Legem.* Cap. *Sana me domine.* ℟ *Sana animam.* ℣ *Ego dixi. Gloria patri.* Versiculus *Adiutor meus esto.* Preces cum oracione ut supra dictum est in Matutinis etc.

(228) Ad Sextam ymnus *Rector potens verax.* Ant. *In eternum.* Ps. *Defecit in salutare.* Cap. *Alter alterius.* ℟ *Benedicam.* ℣ *Semper laus. Gloria patri. Benedicam.* Versiculus *Dominus regit me.* Preces ut supra ad Terciam.

(229) Ad Nonam ymnus *Rerum deus.* Ant. *Aspice et miserere.* Ps. *Mirabilia.* Cap. *Empti enim estis.* ℟ *Redime me.* ℣ *Pes enim. Gloria patri. Redime.* Versiculus *Ab ocultis meis.* Preces cum oracione ut supra.

(230) Ad Vesperas Ant. *Inclinavit.* Ps. *Dilexi* cum aliis psalmis etc. ut in psalterio. Cap. *Dominus autem dirigat.* ℣ *Dirigatur.* Ad Magnificat Ant. *Magnificat.* Ps. ipsum. Preces cum oracione et ad Completorium ut supra.

(231) FERIA III[a] ad Matutinas Invit. *Iubilemus.* Ps. *Venite.* Ymnus non dicitur in Nocturno. Ant. *Ut non delinquam.* Ps. *Dixi custodiam.* ℣ *Inmola deo sacrificium.* Primum ℟ *Auribus percipe.* Secundum ℟ *Statuit.* Tercium ℟ *Ego dixi.* Ps. *Te deum.* ℣ *Fiat misericordia.* In Laudibus Ant. *Secundum mangnam.* Ps. *Miserere.* Capitula ut supra. ℣ *Repleti sunt.* Ad Benedictus Ant. *Erexit nobis.* Ps. *Benedictus.* Cetera ut supra in feria II[a] etc. Et per omnes horas ut in dicta II[a] feria. Ad Vesperas Ant. *In domum domini.* Ps. *Letatus sum* etc. Capitulum, versus ut supra. Ad Magnificat Ant. *In deo salutari.* Cetera ut supra.

(232) FERIA IIII[a] ad Matutinas Invit. *In manu tua.* Ps. *Venite.* Ymnus non dicitur. In Nocturno Ant. *Avertet dominus.* Ps. *Dixit incipiens.* Cetera ut in psalterio. ℣ *Deus vitam meam. Posuisti lacrimas.* Primum ℟ *Ne perdideris.* Secundum ℟ *Paratum.* Tercium ℟ *Adiutor.* Versus ante Laudes *Fiat misericordia* ut supra. In Laudibus Ant. *Amplius.* Ps. *Miserere.* Cap. *Fratres vigilate* etc. ℣ *Repleti.* Ad Benedictus Ant. *Salutem.* Oracio et preces ut supra. Per horas ut supra. Ad Vesperas Ant. *Nisi tu domine.* Ps. *Nisi dominus.* Capitulum ut supra. ℣ *Dirigatur.* Ad Magnificat Ant. *Quia fecit.* Oracio, preces et Completorium ut supra.

(233) FERIA V[a] ad Matutinas Invit. *Adoremus dominum.* Ps. *Venite.* In Nocturno Ant. *Domine deus.* Ps. *Salvum me fac.* ℣ *Gaudebunt labia. Et anima.* Primum ℟ *Deus in te.* Secundum ℟ *Repleatur.* Tercium ℟ *Gaudebunt.* Versiculus *Fiat anima.* In Laudibus Ant. *Tibi soli.* Ps. *Miserere.* Capitulum, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *In sanctitate.* Preces, oracio et per horas ut supra. / (f. 24[r]) Ad Magnificat Ant. *Deposuit.* Preces et oracio ut supra.

(234) FERIA VI^a^ ad Matutinas Invit. *Dominum qui fecit nos*. Ps. *Venite*. Ymnus non dicitur. In Nocturno Ant. *Exultate*. Ps. ipsum. ⟨℣⟩ *Beatus homo. Et de lege.* Primum ℟ *Confitebor.* Secundum ℟ *Misericordia tua.* Tercium ℟ *Factus est.* Versiculus *Fiat misericordia.* In Laudibus Ant. *Spiritu principali.* Ps. *Miserere.* Capitulum, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Per viscera.* Preces, oracio et per horas ut supra. Ad Vesperas Ant. *In conspectu.* Ps. *Confitebor* etc. ut in psalterio. Capitulum, versus ut supra. Ad Magnificat Ant. *Esurientes.* Cetera ut in precedenti feria.

(235) SABBATIS diebus quibus fit de feria ad Matutinas Invit. *Dominum deum nostrum.* Ps. *Venite.* Ymnus non dicitur nisi proprium ymnum conveniat dici. Invitatorium si habeat. In Nocturno Ant. *Quia mirabilia.* Ps. *Cantate. Dominus regnavit* etc. ut in psalterio. Versiculus *Domine exaudi oracionem. Et clamor* vel dicitur versus ante lectionem tercii Nocturni tunc dominice currentis cum tribus responsoriis ultimis, nisi alia propria responsoria conveniat dici. Versus ante Laudes *Fiat misericordia* vel versus qui tunc ante Laudes habebitur. Et Laudes sequentes dicantur nisi proprie inveniantur vel sint dicende. In Laudibus Ant. *Begnigne.* Ps. *Miserere.* Cetera dicantur prout tempus requirit. Lectiones tam dominicis diebus quibus fiet Nocturnus et eciam festum trium lectionum videlicet ab octava Epyphanie usque ad Septuagesimam de epistolis Pauli lega⟨n⟩tur ut iam dictum est *Paulus servus Iesu Christi* etc. ut in ipsis epistolis habetur usque in finem legatur secundum quod tempus requirit.

(236) Item notandum est quod si fuerint plures dominice ab octava Epyphanie usque ad Septuagesimam repleatur officium misse videlicet *Adorate* et dicantur oraciones epistole et evangelia secundum quod tempus requirit pro longitudine, ita tamen quod evangelium videlicet *Simile factum est regnum celorum* etc. cum oracione et antiphonis suis de Benedictus et de Magnificat ultima dominica ante Septuagesimam dicantur, nisi aliud obstet prout statim declarabitur. Et super hoc notandum est quod si brevitas temporis tanta fuerit quod officium dominicale suo loco compleri nequeat, illo casu taliter compleatur videlicet quod evangelia que precedunt evangelium *Simile* in feriis ebdomade que precedit ebdomadam ante Septuagesimam dicantur cum suis omeliis, antiphonis et oracionibus. Et si casus occurrat quod in illis feriis, in quibus legitur evangelium, Nocturnus fiat, oracio, que post evangelium lectum ad Matutinas habetur, ad omnes horas dicatur excepto Prima et Completorio. / (f. 24$^{v}$) Et sic fiat de consimilibus evangeliis circa finem dominicarum sequentium si casus similiter occurrat ut supra.

(237) Item notandum quod si alia brevitas temporis tanta fuerit quod

Septuagesima eveniat dominica prima post octavam Epyphanie, illo casu evangelia dominicalia cum suis antiphonis et oracionibus infra ebdomadam primam post octavam Epyphanie compleantur. Et tunc in octava Epiphanie ad Matutinas legatur evangelium videlicet *Nupcie facte* et fiant de ipso evangelio due ultime lectiones et commemoracio de Ant. *Nupcie facte sunt.* ℣ *Benedictus qui venit. Deus dominus alleluia. Oremus Omnipotens sempiterne deus qui celestia simul et.* Ad Vesperas in octavis predictis ad Magnificat commemoracio de Ant. *Deficiente vino.* Versus et oracio ut supra in Matutinis predictis.

(238) Item in aliis feriis sequentibus versus in commemoracione dominice ad Matutinas dicitur *In matutinis.* Ad Vesperas ℣ *Dirigatur.* Oracio que post evangelium lectum ad Matutinas habetur ut supra dicatur et non anticipetur evangelium predictum videlicet *Nupcie facte sunt* propter brevitatem temporis predicti. Et in sabbato semper officium beate Marie Virginis solempniter ad Matutinas incipiatur prout de ipsa post octavam Epyphanie habetur, nec mutetur illud officium sabbatis diebus usque ad Purificacionem. Item si in dominica II[a] post octavam Epyphanie Septuagesima evenerit, dominica prima post octavam Epyphanie evangelium videlicet *Nupcie facte* incipiatur. Et infra illam ebdomadam tunc ante Septuagesimam existentem alia evangelia compleantur cum suis antiphonis et oracionibus etc.

(239) Dominica prima post octavam Epiphanie evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Nupcie facte.* Omelia lectionis eiusdem beati Augustini episcopi *Assit dominus noster* etc. Ad Benedictus Ant. *Nupcie facte.* Ad Magnificat Ant. *Deficiente vino.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui celestia.*

(240) DOMINICA II[a] evangelium secundum Matheum *Cum descendisset Iesus de monte.* Omelia lectionis eiusdem beati Ieronimi presbiteri *De monte domino descendente.* Ad Benedictus Ant. *Cum descendisset Iesus.* Ad Magnificat Ant. *Domine puer meus.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus infirmitatem.*

(241) DOMINICA III[a] secundum Matheum *In illo tempore Ascendente Iesu in naviculam.* Omelia lectionis euisdem beati Iohannis episcopi *Navigante domino.* Ad Benedictus Ant. *Ascendente Iesu.* Ad Magnificat Ant. *Surgens Iesus.* / (f. 25[r]) Oracio *Deus qui nos in tantis periculis.*

(242) DOMINICA IIII[a] secundum Matheum *In illo tempore respondens Iesus dixit Confiteor.* Omelia lectionis eiusdem beati Augustini episcopi

*Istam sancti evangelii lectionem.* Ad Benedictus Ant. *Tollite iugum.* Ad Magnificat Ant. *Iugum enim.* Oracio *Familiam tuam.*

(243) DOMINICA V[a] secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc Simile factum est regnum celorum.* Omelia lectionis eiusdem beati Augustini episcopi *Hesterno die et hodie.* Ad Benedictus Ant. *Domine nonne bonum semen.* Ad Magnificat Ant. *Colligite primum zizania[m].* Oracio *Conserva populum tuum.*

(244) Item notandum quod si festum IX lectionum evenerit vel duplex in sabbato Septuagesime, totum fiat de festo usque ad capitulum, et a capitulo de dominica, et commemoracio de festo et in fine versiculi *Alleluia* dicitur.

(245) Item si festum duplex lune sequenti evenerit, fiat Nona de festo in dominica Septuagesime et Vespere de dominica donec ad capitulum et a capitulo de festo et commemoracio de dominica etc. Eciam si festum IX lectionum in feria predicta II[a] evenerit, in dominica totum fiat de ipsa dominica donec ad capitulum et a capitulo de festo et commemoracio de dominica.

(246) Item si aliquod festum IX lectionum a Septuagesima usque ad sabbatum Ramis Palmarum et a die sabbati post Quasimodo usque ad Ascensionem in sabbato etc. evenerit, totum fiat de festo donec ad capitulum et a capitulo de dominica et commemoracio de festo excepto sabbato Sexagesime, quia si in eodem sabbato festum IX lectionum evenerit, totum fiat de festo et commemoracio de dominica, et ℟ *Tulit dominus* etc. ad Matutinas ipsius dominice Sexagesime dicatur. Et fiat ultimum responsorium eciam excepto sabbato Ramis Palmarum quia si in eodem sabbato festum IX lectionum evenerit, a Nona totum fiat de dominica et commemoracio de festo IX lectionum. Si vero festum duplex in eodem sabbato evenerit, totum fiat de festo donec ad capitulum et a capitulo de dominica et commemoracio de festo duplici. Item diebus vero sabbatis tempore pascali predicto si festum IX lectionum evenerit, totum fiat de festo donec ad capitulum et a capitulo de octava Pasche et commemoracio de festo. Et tunc fiat commemoracio de cruce de responsorio *Christus resurgens.* / (f. 25[v]) ℣ *Dicite in nacionibus* Oracio *Deus qui ad eternam vitam* etc.

(247) Item si festum duplex vel IX lectionum a Septuagesima usque ad Ascensionem in dominica evenerit, ad secundam feriam proxime sequentis (!) transferatur excepto dominica Sexagesime, ut iam supra

dictum est de festo non transportato ad secundam feriam ut supra habetur. Et fiat prout de festis duplicibus et IX lectionum in sabbato Septuagesime predicto habetur. Item si festum Invencionis sancte crucis in dominica evenerit eadem die celebretur.

(248) Item notandum quando Vespere fiunt integre in sabbato Septuagesime de Septuagesima in ipsis Vesperis tantum, neuma non dicitur, sed bene dicitur in omnibus aliis horis. Item ad Completorium et ad Primam parve preces dicuntur et eciam Vespere beate Marie.

(249) Item si festum Purificacionis beate Marie Virginis in sabbato Septuagesime evenerit, totum fiat de Purificacione. Et post *Benedicamus* cum *Alleluia* predicte solempnitatis fiat tantum commemoracio de dominica de antiphonis videlicet *Ymnum cantate.* ℣ *Mane nobiscum. Oremus.* Oracio *Preces populi. Per dominum. Dominus vobiscum. Benedicamus domino alleluia.* Et clauditur *Alleluia* donec ad vigiliam Pasche. Completorium solempniter de Purificacione sine *Alleluia* ut in libro habetur. Et dominica sequenti fiat de Septuagesima et nulla commemoracio de Purificacione sed hore beate Marie dicantur simpliciter prout post octavam Purificacionis de singulis diebus habetur. Et festum sancti Blasii in feria II[a] sequenti celebretur. Item si festum Purificacionis in dominica Septuagesime evenerit, eadem die celebretur. Et in sabbato fiat commemoracio de Septuagesima ut supra habetur. Ad Matutinas et in secundis Vesperis nulla fiat commemoracio de Septuagesima, sed evangelium cum omelia et antiphonis de Benedictus et Magnificat in feria II[a] sequenti dicantur, et fiant de ipso evangelio tres ultime lectiones et sermo videlicet *Dignitas humane* et eciam sermo cum evangelio et antiphonis suis dominice Sexagesime. Item si Purificacio in eadem dominica evenerit in aliquibus feriis statim post festum Purificacionis non occupatis evangelium legatur. Cetera de Purificacione ut circa eius festum habentur.

(250) DOMINICA IN SEPTUAGESIMA ad Vesperas super psalmos *Alleluia* ter. Ps. *Benedictus* cum ceteris psalmis. Cap. *Benedic⟨t⟩io et claritas.* ℟ *In toto corde.* ℣ *In labiis.* Loco ymni dicitur prosa videlicet / (f. 26[r]) *Cantemus cuncti melodem.* ℣ *Mane nobiscum* ⟨cum⟩ *Alleluia. Et dum ortus fuerit.* Ad Magnificat Ant. *Hymnum cantate.* Oracio *Preces populi tui. Benedicamus alleluia.* Et hic dimittitur *Alleluia* usque ad vigiliam Pasche et loco *Alleluia* dicitur in horis *Laus tibi domine rex eterne glorie.* Et predicta oracio dicitur in ista dominica et infra istam ebdomadam sequentem ad omnes horas preter Primam et Completorium. In officio feriali ad Completorium ut in dominicis precedentibus.

(251) Ad Matutinas Invit. *Adoremus dominum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Nocte surgentes.* In I° Nocturno Ant. *Servite.* Cetera ut in dominica prima post octavam Epiphanie. Sermo beati Iohannis episcopi *Dignitas humane.* Primum ℟ *In principio.* ℣ *Igitur.* Secundum ℟ *In principio fecit.* ℣ *Formavit.* Tercium ℟ *Formavit igitur.* ℣ *In principio. Gloria patri.* Cetera alia responsoria et versus ut in libro habentur. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc Simile est regnum celorum homini patrifamilias.* Omelia lectionis eiusdem beati Gregorii pape *In explanacione sua.* Septimum ℟ *In sudore.* Octavum ⟨℟⟩ *Ecce Adam.* Nonum ⟨℟⟩ *Ubi est Abel.* ℣ *Maledictus. Gloria patri.* Et resumitur ℣ *Ubi est Abel* et non dicitur Ps. *Te deum.* Et sic fiat in aliis dominicis sequentibus de consimilibus responsoriis usque ad festum Pasche. ℣ *Fiat misericordia tua.*

(252) In Laudibus Ant. *Miserere.* Ps. ipsum. Ant. *Confitebor.* Ps. *Confitemini.* Ant. *Deus deus.* Ps. ipsum. Ant. *Benedictus es.* Ps. *Benedicite.* Ant. *Laudate.* Ps. ipsum. Capitulum, ymnus, versus ut in dominica precedenti. Ad Benedictus Ant. *Simile est enim regnum.* Oracio ut supra.

(253) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum cantu suo. Ant. *Dominus regit.* Psalmi *Deus deus meus respice. Dominus regit. Gloria patri. Domini est terra. Ad te levavi. Gloria patri. Iudica me deus. Deus in nomine. Gloria patri. Dominus regnavit decorem. Iubilate* (getilgt) *Gloria patri. Beati immaculati. Gloria. Retribue. Gloria. Quicumque. Gloria.* Cap. *Regi autem seculorum* ut in dominicis precedentibus. Ad Magnificat Ant. *Convencione facta.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(254) Per ebdomadam sequentem ut in feriis precedentibus cum responsoriis istius dominice precedentis. Et dicantur predicta responsoria prout supra de consimilibus infra octavas Epiphanie dictum est de responsoriis Epiphanie. Et ad Matutinas legitur in officio feriali infra ebdomadam librum (!) Genesis / (f. 26ᵛ (usque ad librum Exodi. Et hoc a Septuagesima usque ad secundam feriam post dominicam primam Quadragesime. Et antiphone sequentes dicantur infra istam ebdomadam ad Benedictus et ad Magnificat per ordinem. Et de ipsis antiphonis nulla fiat commemoracio si aliquod festum IX lectionum evenerit. Et non sit cura si alique remaneant. Prima Ant. *Ite et vos in vineam.* Alia *Quid hic statis* etc. ut in libris continetur.

(255) Nota quod si festum duplex vel IX lectionum in dominica Sexagesime evenerit, eadem die celebretur. Et responsorium videlicet *Tulit ergo dominus hominem* infra ebdomadam dicatur videlicet in feria IIIIᵃ. Et fiat tercium responsorium in Matutinis et eciam in feria IIᵃ

post predictam dominicam. Sermo predicte dominice *Nemo qui nesciat* etc. et legatur ad Matutinas.

(256) DOMINICA IN SEXAGESIMA ad Vesperas Ant. videlicet *Benedictus.* Ps. ipsum etc. Cap. *Benedictio et claritas.* ℟ *Tulit ergo dominus.* ℣ *Formans me.* Ymnus *O lux beata.* ℣ *Vespertina.* Ad Magnificat Ant. *Sic erunt novissimi.* Oracio *Deus qui conspicis quia ex nulla.* Ad Completorium ut in dominica precedenti. Ad Matutinas Invit. *Dominum qui fecit nos.* Ps. *Venite.* Cetera ut in dominica precedenti. In sex[tis] primis lectionibus sermo beati Iohannis episcopi ut supra *Nemo qui nesciat.* In tribus ultimis lectionibus evangelium secundum Lucam *In illo tempore Cum turba plurima* etc. Omelia lectionis eiusdem beati Gregorii pape habita ad populum in basilica beati Petri apostoli *Lectio sancti evangelii quam modo.*

(257) Et nota quod si Purificacio beate Marie in dominica Quinquagesime evenerit Laudes illius dominice in ista dominica dicantur. Ad Benedictus Ant. *Cum turba plurima.* Oracio ut supra. Ad Magnificat Ant. *Exiit qui seminat.* Oracio etc. ut supra. Et quod dictum est supra in feria precedenti, hoc idem fiat per istam ebdomadam sequentem de feriis sequentibus. Et fiat de ipsis antiphonis ut supra de precedentibus habetur. Et reiterentur si necesse fuerit. Et in reiteracione incipiatur ad antiphonam circa finem predictarum antiphonarum necessariam dicendam etc. secundum quantitatem feriarum, ita quod ultima antiphona in ultima feria qua fiet de feria dicatur. Antiphone *Semen cecidit.* Alia Ant. *Semen cecidit.* Alia Ant. *Vobis datum* etc. ut in libro habetur.

(258) DOMINICA IN QUINQUAGESIMA ad Vesperas Ant. *Benedictus.* Ps. ipsum etc. Cap. *Benedic⟨t⟩io et claritas.* ℟ *Per memetipsum.* ℣ *Ponam arcum.* Ymnus *O lux beata trinitas.* ℣ *Vespertina.* Ad Magnificat Ant. *Vobis datum.* Oracio *Preces nostras quesumus* etc. / (f. 27r) Ad Completorium ut supra habetur. Ad Matutinas Invit. *In manu tua.* Ps. *Venite.* Cetera ut in dominica precedenti. Sermo beati Augustini episcopi *Notissima pietas.* Primum ℟ *Quadraginta dies.* ℣ *Noe vero.* Cetera ut in antiphonario. Evangelium Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Assumpsit Iesus duodecim* et reliqua. Omelia lectionis eiusdem beati Gregorii pape *Redemptor noster.* Septimum ℟ *Angelus domini.* ⟨Octavum⟩ ℟ *Vocavit angelus.* Nonum ℟ *Dixit Ysaac.* ℣ *Deus providebit. Gloria.* Versiculus *Fiat misericordia.* In Laudibus Ant. *Secundum multitudinem.* Ps. *Miserere.* Ant. *Deus meus.* Ps. *Confitemini.* Ant. *Ad te.* Ps. *Deus deus meus.* Ant. *Hymnum dicite.* Ps. *Benedicite.* Ant. *Omnes angeli.* Ps. *Laudate.* Capitulum, ymnus, versus ut in dominica

precedenti. Ad Benedictus Ant. *Dum appropinquaret.* Oracio ut supra. Cetera ut in dominica precedenti.

(259) Ante missam ad processionem ℟ *Cecus sedebat.* ℣ *Et qui preibant. Gloria patri* etc. Ab illis vero qui non faciunt processionem, ad Vesperas dicitur eundem (!) responsorium, nisi in die lune sequenti fiat de aliquo festo IX lectionum, quia si festum sancti Petri in cathedra in dominica Quinquagesime evenerit, feria II[a] sequenti celebretur et in secundis Vesperis in commemoracione sancti Petri dicitur versus *Tu es Petrus.* Et responsorium predictum videlicet *Cecus sedebat* ad Matutinas in dominica Quinquagesime dicatur et fiat ultimum responsorium. Et ℟ videlicet *Dixit Ysaac* in feria IIII[a] sequenti dicatur et fiat tercium responsorium. In sabbato vero sequenti ℟ videlicet *Veni hodie* dicitur et fiat ultimum responsorium.

(260) Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris.* Capitulum, ymnus, versus ut in precedenti dominica. Ad Magnificat Ant. *Transeunte domino.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(261) Item notandum est quod si Purificacio beate Marie in dominica Quinquagesime evenerit, totum fiat de Purificacione et nulla commemoracio de dominica. Item in feria II[a] sequenti fiat de sancto Blasio. Et in Vesperis fiat commemoracio de dominica de antiphona videlicet *Vobis datum.* ℣ *Vespertina.* Oracio *Oremus Preces nostras.* Feria III[a] sequenti ad Matutinas legatur evangelium videlicet *Assumpsit Iesus* etc. Primum ℟ *Quadraginta.* Secundum ⟨℟⟩ *Ponam arcum.* Tercium ⟨℟⟩ *Per memetipsum.* Ad Benedictus Ant. *Dum appropinquaret.* Oracio ut supra. Cetera ut in feria III[a] precedenti cum oracione dominice predicte. Missa de dominica Quinquagesime cantetur et Vespere (f. 27[v]) de beata Agatha dicantur et fiat commemoracio de dominica de Ant. *Transeunte domino.* ℣ *Dirigatur.* Oracio. *Preces nostras.* Feria V[a] sequenti ad Matutinas legitur sermo de dominica videlicet *Notissima.* Primum ℟ *Edificavit Noe.* Secundum ⟨℟⟩ *Angelus domini.* Tercium ℟ *Vocavit angelus.* Sabbato ad Matutinas primum ℟ *Dixit Ysaac.* Secundum ℟ *Cecus sedebat.* Tercium ℟ *Veni hodie.*

(262) Antiphone sequentes dicantur in officio feriali feria II[a] et III[a] ante diem cynerum ad Benedictus et ad Magnificat, et si festum IX lectionum in predictis feriis evenerit, de ipsis antiphonis nulla fiat commemoracio. Sequuntur dicte antiphone *Cecus sedebat.* Ant. *Miserere mei* etc. ut in libro habentur. Oracio ut supra. Cetera ut in feriis dominice precedentis habentur etc. Item oraciones que dicuntur per ferias a capite ieiunii usque ad quintam feriam ante Pasche dicantur per horas in officio

feriali preter Primam, Vesperas et Completorium, quia oracio que in Vesperis habetur, in Vesperis tantummodo dicatur.

(263) Item in feria IIII^a^ in capite ieiunii usque ad Vesperas dominice Quadragesime si fiat aliqua commemoracio de feria propter festa eveniencia, ad Vesperas in commemoracione ferie dicitur ℣ *Dirigatur*, et ad Matutinas ℣ *Repleti* et non versus sumatur *Domine*.

(264) FERIA IIII^a^ in capite ieiunii Invit. *In manu tua*. Ps. *Venite*. Ymnus non dicitur. In Nocturno Ant. *Avertet*. Nocturnus *Dixit incipiens* etc. ut in eodem habetur. Primum ℟ *Angelus domini*. Secundum ⟨℟⟩ *Vocavit*. Tercium ℟ *Veni hodie*. Cetera ut in feria consimili habetur precedenti. Ad Benedictus Ant. *Cum ieiunatis*. Preces *Ego dixi domine miserere*. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus*. Ad alias horas ut supra in feria consimili. Oracio ut supra. Ad Vesperas Ant. *Nisi tu domine*. Ps. *Nisi dominus*. Capitulum ut supra. Ad Magnificat Ant. *Thesaurizate*. Preces ut supra. Oracio *Presta domine fidelibus*.

(265) FERIA V^a^ Nocturnus ferie quinte. Responsoria primi Nocturni dominice istius precedentis. Ad Benedictus Ant. *Domine puer* etc. ut supra. Oracio *Deus qui culpa*. Ad Magnificat Ant. *Domine non sum dignus*. Oracio *Parce domine*.

(266) FERIA VI^a^ Nocturnus sexte ferie. Responsoria secundi Nocturni dominice precedentis ipsius etc. Ad Benedictus Ant. *Cum facis elemosinam*. Oracio *Inchoata ieiunia*. Ad Magnificat Ant. *Tu autem cum oraveris*. Oracio *Tuere populum tuum*. Cetera ut iam dictum est supra.

(267) SABBATO Nocturnus sabbati cum Laudibus suis. Responsoria quarte ferie precedentis. Ad Benedictus Ant. *Tunc invocabis*. Oracio *Observacionis huius*.

(268) Sciendum est quod a dominica Quadragesime usque ad dominicam / (f. 28^r^) Passionis in officio feriali sive dominicali ad Vesperas semper dicitur Cap. *Hortamur*. Et in Matutinis in Laudibus dicitur Cap. *Ecce nunc*.

(269) Ad Primam Cap. *Domine miserere*. Ad Terciam Cap. *Convertimini ad me*. Ad Sextam Cap. *Clama ne cesses*. Ad Nonam Cap. *Frange esurienti*. Item per totam Quadragesimam usque ad dominicam Passionis ad Completorium dominicis et festivis IX lectionum ymnus *Christe qui lux es*[*t*] et cantetur predictis diebus ad cantum duplicem ut in libro habetur. Et a dominica de Passione usque ad quintam feriam ante festum Pasche ad cantum suum proprium cantetur excepto festo Annunciacionis in quo dicitur ymnus *Virgo dei*. Cetera ut in libro. Item per totam Quadragesimam ut supra ad Completorium Cap. *Convertimini ad*, responsorium

videlicet *In manus tuas* dominicis et festis IX lectionum et responsorium videlicet *In pace.* ℣ *Si dedero* semper dicitur exceptis festis duplicibus, in quibus dictus (!) ℟ *In pace in idipsum* non dicitur prout in pluribus locis declaratum est.

(270) Item in Annunciacione beate Marie dicitur post ymnum Cap. *Butirum et mel.* ℣ *Benedicta tu.* Item ℟ *In manus* dominicis et festis IX lectionum cum cantu suo solempni cantatur. Aliis diebus cum suo cantu simplici, et semper cum *Gloria patri* dicatur usque ad dominicam Passionis, quia tunc non dicitur *Gloria patri* in responsoriis dominicalibus vel ferialibus.

(271) In festis duplicibus et ⟨festis⟩ IX lectionum semper *Gloria patri* in responsoriis dicitur prout in responsoriis habetur. Item in diebus festis per Quadragesimam ad Primam Cap. *Omnis enim homo* dicitur. Item ad horas dominicis diebus et festis IX lectionum dicuntur ymni *Iam lucis* ad Primam, ad Terciam ymnus *Nunc sancte* cum ceteris.

(272) Aliis diebus ad Primam ymnus *Iam lucis,* ad Terciam ymnus *Dei fide qua* ut in libro habetur. Et si festum duplex aut IX lectionum a dominica Quadragesime usque ad dominicam terciam sequentem evenerit, ymni horarum ad cantum ymni *Iam Christe sol* cantentur. Item responsorium videlicet *Participem me fac* et consimile et ℟ *Esto nobis* etc. cum ceteris consimilibus per Quadragesimam usque ad dominicam Passionis dicantur per modum qui sequitur, videlicet ℟ *Participem* semel dicatur sine reiteracione. Et post sequitur ℣ *Aspice in me* etc. *Et custodiam. Gloria patri.* ℟ *Participem.* Versiculus *Dicet domino.*

(273) DOMINICA IN QUADRAGESIMA ad Vesperas Ant. *Benedictus* etc. Cap. *Hortamur vos.* ℟ *Emendemus.* Ymnus *Audi benigne conditor.* ℣ *Angelis suis.* Ad Magnificat Ant. *Ecce nunc.* Oracio *Deus qui ecclesiam tuam* et dicitur ad omnes horas / (f. 28ᵛ) preter Primam et Completorium. Et sic fiat de consimilibus per totam Quadragesimam dominicis diebus.

(274) Ad Completorium ymnus *Christe qui lux.* Cap. *Convertimini ad me.* ℟ *In manus tuas.* ℣ *Redemisti. Gloria.* ℟ *In manus.* Versiculus *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Pacem tuam. Kyrieleison* ter. *Christeleison* ter. *Kyrieleison* ter. *Pater noster. Et ne nos.* ℟ *In pace in idipsum.* ℣ *Si dedero. Gloria.* ℟ *In pace. Credo. Carnis resurrectionem. Benedicamus patri. Benedictus es. Benedicat nos. Dignare* et dicitur ut supra. Oracio *Deus qui illuminas* etc.

(275) Ad Matutinas Invit. *Non sit vobis.* Ps. *Venite.* Ymnus *O Nazarene.*

(276) In Iº Nocturno super psalmos sola antiphona dicitur videlicet

*Advenerunt.* Ps. *Beatus vir* cum ceteris. ℣ *Scuto bone.* Sermo beati Ambrosii *Sancte quadragesime* etc. Primum ℟ *Ecce nunc tempus.* ℣ *In omnibus.* Secundum ⟨℟⟩ *Paradisi portas.* Tercium ⟨℟⟩ *Emendemus. Gloria patri.*

(277) In II° Nocturno Ant. *Commendemus* super psalmos *Conserva* cum ceteris. ℣ *Cadent a latere tuo.* Quartum ℟ *In ieiunio.* ℣ *Inter vestibulum.* Quintum et sextum ⟨responsorium⟩ ut in libro.

(278) In III° Nocturno Ant. *Per arma* super psalmos videlicet *Celi enarrant* cum ceteris psalmis. ℣ *Clamavit ad me.* Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Ductus est Iesus.* Et reliqua. Homelia lectionis eiusdem beati Gregorii pape *Dubitari a quibusdam.* Septimum ℟ *Tribularer.* Octavum ⟨℟⟩ *Angelis.* Nonum ⟨℟⟩ *Ductus est* et reiteratur. ℣ *In manibus portabunt.*

(279) In Laudibus Ant. *Cor mundum.* Ps. *Miserere.* Ant. *O domine.* Ps. *Confitemini.* Ant. *Sic benedicam.* Ps. *Deus deus.* Ant. *In spiritu.* Ps. *Benedicite.* Ant. *Laudate.* Ps. ipsum. Cap. *Ecce nunc.* Ymnus *Iam Christe sol.* ℣ *Domine refugium.* Ad Benedictus Ant. *Ductus est Iesus.* Oracio *Deus qui ecclesiam.*

(280) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum cantu ymni *Iam Christe sol.* Ant. *Non in solo* super psalmos Prime Septuagesime. Cap. *Domine miserere.* ℟ *Christe Iesu.* ℣ *Exurge.* Parve preces ut supra.

(281) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte* cum cantu ut supra. Ant. *Iesus autem.* Cap. *Convertimini.* ℟ *Participem.* Versus et versiculus, oracio ut supra.

(282) Ad Sextam ymnus *Rector potens* cum cantu ut supra. Ant. *Dominum deum tuum.* Cap. *Clama ne.* ℟ *Ab omni via.* ℣ *Ipse liberavit.* Oracio ut supra.

(283) Ad Nonam ymnus *Rerum deus* ut supra in cantu. Ant. *Vade sathana.* Cap. *Frange esurienti.* ℟ *Declara super.* ℣ *Scapulis.* Oracio ut supra.

(284) Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris* cum ceteris antiphonis / (f. 29r) et psalmis. Et super psalmum *In exitu Israel* dicitur illa Ant. videlicet *Domus Iacob* nec mutetur per Quadragesimam. Cap. *Hortamur.* ℟ *Spes mea.* ℣ *In te. Gloria patri.* ℟ *Spes mea.* Ymnus *Audi benigne conditor.* ℣ *Angelis suis.* Ad Magnificat Ant. *Reliquid eum temptator.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(285) FERIA IIª ad Matutinas Invit. *Venite exultemus.* Ps. *Iubilemus deo salutari.* Ymnus *O Nazarene.* In Nocturno Ant. *Dominus defensor.* Ps. *Dominus illuminacio* ut in eodem Nocturno habetur. ℣ *Scuto circondabit.* Et legatur librum (!) Moysi usque ad dominicam Passionis videlicet

Exodi, Levithici, Numerum, Iudicum, Iosue et Ruth. De quibus libris semper fiant due lectiones et tercia de evangelio ferie currentis. Et ante primam lectionem post *Et ne nos* dicitur *Exaudi domine preces. Iube. Benedictio perpetua.* In secunda lectione *Deus dei filius.* In tercia lectione *Evangelica lectio sit.* Et sic fiat feriis sequentibus prout benedictiones variantur.

(286) Primum responsorium in feria II[a] *Ecce nunc.* Secundum ⟨℟⟩ *Paradisi.* Evangelium secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Cum venerit filius hominis.* Tercium ℟ *Emendemus* et non reiteratur. ℣ *In manibus.*

(287) Laudes ferie II[e] Cap. *Ecce nunc.* Ymnus *Iam Christe sol.* ℣ *Domine refugium.* Ad Benedictus Ant. *Venite benedicti.* Preces *Ego dixi* ut in ipsis precibus habentur. Oracio [*Concede*] ⟨Converte⟩ *nos deus. Per dominum.* Post sequitur psalmus penitencialis videlicet *Domine ne in furore. Gloria patri. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.* ℣ *Domine non secundum ⟨peccata nostra⟩ facias. Neque secundum. Domine exaudi. Et clamor. Oremus.* Oracio ut in oracionibus habetur. Et in fine colecte dicitur *Per Christum dominum nostrum.* Et sequitur psalmus videlicet *De profundis.* In fine *Requiem. Et lux.* Et sequitur oracio videlicet *Fidelium anime omnium per misericordiam dei requiescant Amen.*

(288) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum cantu feriali. Ant. *Vivo ego.* Ps. *Deus in nomine.* Cap. *Domine miserere.* ℟ *Christe Iesu.* ℣ *Exurge. Kyrie* ter. *Christe* ter. *Kyrie* ter. *Pater noster. Et ne nos. Vivet anima. Et iusti. Erravi sicut. Quere. Credo. Carnis resurrectionem. Vitam. Et ego ad te domine. Et mane. Verba. Intellige.* Et cetera ut habentur in mangnis precibus. Et in fine dicitur *Domine exaudi. Et clamor.* Ps. *Miserere. Gloria patri.* Ps. *Deus in nomine. Gloria.* Ps. *Miserere mei deus miserere mei quoniam. Gloria.* Ps. *Deus misereatur.* / (f. 29[v]) *Gloria patri.* Ps. *Deus in adiutorium. Gloria. Exurge Christe. Domine deus virtutum. Dominus vobiscum. Oremus. Domine sancte pater. Per dominum. Benedicamus domino. Deo gracias.* Ps. *Beati quorum. Gloria. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos.* ℣ *Ostende nobis. Et salutare. Domine exaudi. Dominus vobiscum.* Oracio ut in oracionibus habetur. Et in fine dicitur ut supra *Per Christum dominum nostrum.* Et sequitur *Exultabunt sancti. Preciosa* etc. Item loco psalmi videlicet *De profundis* dicuntur psalmi sequentes videlicet *Verba mea, Domine ne, Dilexi, Credidi* et *De profundis.* Et non dicitur *Requiem* in dictis psalmis nisi post ultimum psalmum videlicet *De profundis. Requiem eternam. A porta infer .*

*Requiescant in pace. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Fidelium deus.* Post sequitur Ps. *De profundis.* Et non dicitur *Requiem,* sed tantummodo *Anime omnium fidelium.*

(289) Ad Terciam ymnus *Dei fide.* Ant. *Advenerunt.* Ps. *Legem pone.* Capitulum, responsorium, versus ut supra in dominica. Preces *Ego dixi.* Oracio *Converte nos. Per dominum.* Ps. *Domine ne in furore. Quoniam sagitte. Gloria. Kyrie* etc. *Et ne nos. Domine non secundum* etc. ut in Matutinis precedentibus.

(290) Ad Sextam ymnus *Qua Christus.* Ant. *Commendemus.* Capitula, responsoria, versus ut supra in predicta dominica. Preces ut supra. Psalmi penitenciales *Miserere mei.* Gloria. ℣ *Domine non secundum* ut supra.

(291) Ad Nonam ymnus *Ternis ter horis.* Ant. *Per arma iusticie.* Capitulum, responsorium, versus ut in precedenti dominica. Psalmus penitencialis *Domine exaudi oracionem meam* etc. ut supra.

(292) Ad Vesperas Ant. *Inclinavit.* Ps. *Dilexi.* Cap. *Hortamur.* ℟ *Esto nobis.* Ymnus *Audi benigne.* Versiculus *Angelis suis.* Ad Magnificat Ant. *Quod uni.* Preces *Ego dixi.* Oracio *Absolve quesumus.* Psalmus penitencialis *De profundis. Gloria.* Pro defunctis Ps. *De profundis* et dicitur semper post oraciones de peccatis ad omnes horas.

(293) Ad Completorium ymnus *Christe qui lux es.* Cap. *Convertimini.* ℟ *In manus tuas.* Reiteratur *In manus.* ℣ *Redemisti. Commendo. Gloria patri.* ℟ *In manus.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. *Pacem tuam.* Parve preces. Et loco psalmi *Usquequo* dicitur *Miserere. Gloria patri.* Oracio *Deus qui illuminas noctem.* Psalmus penitencialis *Domine exaudi oracionem meam auribus* ut in oracionibus habetur.

(294) FERIA III$^{a}$ ad Matutinas Invit. *Iubilemus.* Ymnus *O Nazarene.* Nocturnus ferie III$^{e}$ ℣ *Cadent a* / (f. 30$^{r}$) et fiant tria responsoria secundi Nocturni dominice precedentis. Tercia lectio evangelii secundum Matheum *In illo tempore Cum intrasset Iesus Ierosolimam.* ℣ *In manibus.* Laudes ferie III$^{e}$. Cetera ut in feria II$^{a}$. Ad Benedictus Ant. *Domus mea.* Oracio *Respice ⟨quesumus⟩ domine familiam.* Ad Vesperas Ant. *In domum domini.* Ps. *Letatus.* Ad Magnificat Ant. *Accesserunt ad Iesum.* Oracio *Ascendant ad te.* Cetera ut supra in feria II$^{a}$.

(295) FERIA IIII$^{a}$ Invit. *In manu.* Ymnus *O Nazarene.* Nocturnus ferie IIII$^{e}$ ℣ *Clamavit ad.* Responsoria tercii Nocturni dominice precedentis. In tercia lectione evangelium secundum Matheum *In illo tempore Accesserunt ad Iesum scribe.* Cetera cum Laudibus istius ferie etc. ut supra. Ad Benedictus Ant. *Generacio prava.* Oracio *Preces nostras.* Ad Vesperas

Ant. *Nisi tu domine*. Ps. *Nisi dominus*. Ad Magnificat Ant. *Sicut fuit Jonas*. Oracio *Mentes nostras*. Cetera ut supra in feria III^a dictum est.

(296) FERIA V^a ad Matutinas Invit. *Adoremus*. Ymnus *O Nazarene*. Nocturnus ferie V^e. Cetera ut in feria II^a. Lectio tercia Evangelium secundum Matheum *In illo tempore dicebat Iesus ad eos* etc. Cetera cum Laudibus istius ferie ut supra. Ad Benedictus Ant. *Si vos manseritis*. Oracio *Devocionem populi mei*. Ad Vesperas Ant. *Et omnis*. Ps. *Memento domine*. Ad Magniacat Ant. *Ego enim ex deo*. Oracio [*Da*] ⟨*Purifica*⟩ *quesumus domine*. Cetera ut supra in feriis precedentibus.

(297) FERIA VI^a ad Matutinas Invit. *Dominum qui fecit nos*. Ymnus *O Nazarene*. Nocturnus ferie VI^e. Cetera ut supra in feria III^a. Evangelium secundum Matheum vel Iohannem *In illo tempore Erat dies festus Iudeorum*. Cetera cum Laudibus istius ferie ut supra in feriis precedentibus. Ad Benedictus Ant. *Angelus domini descendebat*. Oracio *Esto domine propicius* etc. ut supra. Ad Vesperas Ant. *In conspectu*. Ps. *Confitebor*. Ad Magnificat Ant. *Domine non habeo*. Oracio *Exaudi nos* etc. ut supra iam dictum est in feriis precedentibus.

(298) SABBATO ad Matutinas Invit. *Dominum deum*. Ymnus *O Nazarene* etc. Nocturnus sabbati. Cetera ut supra in feria III^a. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Assumpsit Iesus Petrum*. Cetera cum Laudibus sabbati ut supra. Ad Benedictus Ant. *Assumpsit Iesus*. Oracio *Populum tuum*. Cetera usque ad Vesperas ut in feriis precedentibus. Et finiantur psalmi penitenciales in hora None sub una collecta tantum de oracionibus super psalmis penitencialibus dicendis. Et si in sabbato festum / (f. 30^v) duplex evenerit, in feria VI^a precedenti psalmi penitenciales ad Sextam finiantur sub una collecta tantum ut supra dictum est.

(299) DOMINICA II^a ad Vesperas Ant. *Benedictus*. Ps. ipsum etc. Cap. *Hortamur vos*. ℟ *Ecce odor*. Ymnus *Audi benigne*. ℣ *Angelis suis*. Ad Magnificat Ant. *Nemini dixeritis*. Oracio *Deus qui conspicis omni*. Ad Completorium ut in Completorio precedentis dominice habetur. Ad Matutinas invitatorium dicitur per modum qui sequitur videlicet *Preoccupemus faciem domini et in psalmis iubilemus ei*. Ps. *Venite*. Ymnus *O Nazarene*. Cetera ut in dominica precedenti. Sermo beati Ambrosii episcopi *Si bene retinet* etc. Primum ℟ *Tolle arma*. Secundum ⟨℟⟩ *Ecce odor*. Tercium ⟨℟⟩ *Det tibi deus. Gloria*. Quartum ⟨℟⟩ *Dum exiret* etc. ut in libro habetur. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Egressus Iesus secessit* etc. Septimum ℟ *Oravit Iacob*. Octavum ⟨℟⟩ *Dixit angelus*.

Nonum ⟨℟⟩ *Vidi dominum. Gloria.* Et reiteratur ℟ *Vidi.* ℣ *In manibus.* In Laudibus Ant. *Domine labia.* Ps. *Miserere.* Ant. *Dextera.* Ps. *Confitemini.* Ant. *Factus est.* Ps. *Deus deus meus.* Ant. *Trium puerorum.* Ps. *Benedicite.* Ant. *Statuit ea.* Ps. *Laudate.* Capitulum, ymnus, versus ut in dominica precedenti. Ad Benedictus Ant. *Egressus Iesus* etc. Oracio ut supra. Ad Primam Ant. *O mulier mangna est fides.* Ad Terciam Ant. *Advenerunt.* Ad Sextam Ant. *Conmendemus.* Ad Nonam ⟨Ant.⟩ *Per arma iusticie.* Ad Vesperas Ant. *Dicit dominus.* Oracio ut supra. Cetera ut in dominica precedenti.

(300) FERIA II[a] cum sequentibus feriis fiat ut in feriis precedentibus, exceptis declarandis videlicet responsoria istius dominice precedentis dicantur ut supra de consimilibus habentur. Evangelium predicte ferie II[e] secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum.* Ad Benedictus Ant. *Ego principium.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut familia.* Ad Magnificat Ant. *Qui me misit.* Oracio *Adesto supplicacionibus.*

(301) FERIA III[a] tercia lectio evangelium secundum Matheum *In illo tempore locutus est Iesus ad turbas.* Ad Benedictus Ant. *Unus est magister vester.* Oracio *Perfice quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Qui maior est.* Oracio *Propiciare domine supplicacionibus.* Cetera ut supra.

(302) FERIA III[a] lectio tercia secundum Matheum *In illo tempore Ascendens Ierosolimam.* / (f. 31[r]) Ad Benedictus Ant. *Ecce ascendimus.* Oracio *Populum tuum.* Ad Magnificat Ant. *Tradetur enim gentibus.* Oracio *Deus innocencie.* Cetera ut supra.

(303) FERIA V[a] lectio tercia secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum.* Ad Benedictus Ant. *Ego autem.* Oracio *Presta nobis domine.* Ad Magnificat Ant. *Opera que ego facio.* Oracio *Adesto domine famulis.* Cetera ut supra.

(304) FERIA VI[a] lectio tercia secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis.* Ad Benedictus Ant. *Malos male perdet.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus.* Ad Magnificat Ant. *Querentes eum.* Oracio *Da populo tuo salutem mentis.* Et si in sabbato sequenti festum IX lectionum evenerit, in ista feria VI[a] ad Matutinas dicatur ℟ videlicet *Pater peccavi.* Et fiat tercium responsorium.

(305) SABBATO lectio tercia secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Homo quidam habuit duos filios.* Ad Benedictus Ant. *Vadam ad patrem.* Oracio *Da quesumus domine nostris effectum ieiuniis* etc. ut in sabbato precedenti.

(306) DOMINICA III[a] ad Vesperas ut in dominicis precedentibus. ℟ *Igitur Ioseph ductus.* Et si in isto sabbato festum duplex evenerit, responsorium predictum in secundis Vesperis istius dominice dicatur. Ymnus *Ex more docti.* Ad Magnificat Ant. *Dixit autem puer.* Oracio *Quesumus omnipotens deus.* Ad Nunc dimittis Ant. *Vigila super nos* nec mutetur per istos quindecim dies sequentes etc. Cetera ut in dominica precedenti. Ad Matutinas Invit. *Quoniam deus mangnus.* Cetera ut in libro. Ymnus *Iesu quadragenarie.* Cetera ut in dominica precedenti. Sermo beati Ambrosii episcopi *Ante dies devocionem.* Primum ℟ *Videntes Ioseph.* Secundum ℟ *Dixit Iudas.* Tercium ℟ *Scidit Iacob* etc. Alia responsoria ut in libro. Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Erat* [*Iohannes vel*] *Iesus eiciens demonium.* Nonum ℟ *Loquens Ioseph. Gloria.* ℟ *Loquens.* Versiculus *In manibus.* In Laudibus Ant. *Fac ben⟨ign⟩e.* Ps. *Miserere.* Cap. *Ecce nunc.* Ymnus *Summi largitor premii.* ℣ *Domine refugium.* Ad Benedictus Ant. *Dum fortis armatus.* Oracio ut supra. Et ymni horarum dominicis et festis cantentur ad cantum ymni *Summi largitor.*

(307) Ad Primam usque ad dominicam Passionis: in ista dominica ad Primam Ant. *Vivo ego.* Cetera ut in dominica precedenti. Ad Terciam ymnus *Nunc sancte.* Ant. *Advenerunt.* Cap. *Convertimini.* ℟ *Bonum michi. Gloria.* ℣ *Dicet.* Ad Sextam Ant. *Conmendemus.* Cap. *Clama ne.* ℟ *Servus tuus. Gloria.* ℣ *Ipse liberavit* / (f. 31[v]) Ad Nonam Ant. *Per arma.* Cap. *Frange.* ℟ *Sepcies in die. Gloria.* ℣ *Scapulis suis.* Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris.* Cap. *Hortamur.* ℟ *Loquens Ioseph.* Ymnus *Ex more docti.* ℣ *Angelis suis.* Ad Magnificat Ant. *Extollens quedam.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(308) FERIA II[a] et in feriis sequentibus fiat ut in feriis precedentibus, exceptis declarandis. Ymnus *Iesu quadragenarie.* Versus ante lectiones ut supra. Responsoria istius dominice precedentis dicantur ut supra de consimilibus habentur. Lectiones de libris iam dictis. In tercia lectione istius ferie II[e] secundum Lucam *In illo tempore dixerunt pharisei ad Iesum Quanta audivimus.* ℣ *In manibus.* In Laudibus ut in Nocturno. Cap. *Ecce nunc.* Ymnus *Summi largitor premii.* ℣ *Domine refugium.* Ad Benedictus Ant. *Amen dico vobis.* Preces cum psalmis penitencialibus ut in predictis feriis. Oracio *Cordibus nostris.* Ad horas responsoria dominice precedentis. Cetera ut in feriis precedentibus. Ad Vesperas Ant. *Inclinavit.* Cap. *Hortamur.* ℟ *Educ de carcere* nec mutetur per ebdomadam in officio feriali. Ymnus *Ex more docti.* ℣ *Angelis suis.* Ad

Magnificat Ant. *Iesus autem transiens*. Preces ut supra. Oracio *Subveniat nobis*. Ad Completorium ad Nunc dimittis Ant. *Vigila super nos* etc. ut in feria precedenti.

(309) FERIA III[a] secundum Matheum *In illo tempore Respiciens Iesus discipulos*. Ad Benedictus Ant. *Ubi duo vel tres*. Oracio *Exaudi nos omnipotens*. Ad Magnificat Ant. *Non dico tibi*. Oracio *Tua nos*. Cetera ut supra.

(310) FERIA IIII[a] secundum Matheum *In illo tempore Accesserunt ⟨ad Iesum⟩ ab Ierosolimis*. Ad Benedictus Ant. *Non quod intrat*. Oracio *Presta nobis quesumus domine*. Ad Magnificat Ant. *Non lotis manibus*. Oratio *Concede quesumus omnipotens deus*.

(311) FERIA V[a] tercia lectio secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum*. Ad Benedictus Ant. *Operamini non cibum*. Oracio *Mangnificet te domine*. Ad Magnificat Ant. *Panis enim*. Oracio *Subiectum ⟨tibi⟩ populum*.

(312) FERIA VI[a] secundum Iohannem *In illo tempore Reliquid Iesus Iudeam*. Ad Benedictus Ant. *Aqua quam ego*. Oracio *Ieiunia nostra*. Ad Magnificat Ant. *Veri adoratores*. Oracio *Presta quesumus omnipotens Deus*.

(313) SABBATO secundum Iohannem *In illo tempore Perrexit Iesus in monte⟨m⟩ Oliveti*. Ad Benedictus Ant. *Inclinavit se Iesus*. Oracio *Presta quesumus omnipotens Deus*. Cetera ut in sabbato precedenti.

(314) DOMINICA IIII[a] ad Vesperas Ant. *Benedictus*. Cap. *Hortamur*. ℟ *Audi Israel*. Ymnus *Ex more*. ℣ *Angelis suis*. Ad Magnificat Ant. *Nemo te condempna⟨vi⟩t*. Oracio *Concede* / (f. 32[r]) *quesumus omnipotens deus*. Ad Nunc dimittis Ant. *Media vita*. ℣ *Ne proicias* etc. *Sancte deus sancte fortis*. Et dicitur per totam ebdomadam. Et non dicitur ℣ *Ne proicias* nisi in festis IX lectionum sive duplex evenerit, excepto festo Annunciacionis in quo fit, ut in festo habetur. Et quando dicitur *Sancte deus* genibus flexis dicatur etc. ut in dominica precedenti. Ad Matutinas Invit. *Populus domini et oves*. Cetera ut in dominica precedenti. Sermo beati Ambrosii episcopi *Retinent adhuc sensus*. Primum ℟ *Locutus est dominus ad Moisen*. Secundum ℟ *Stetit Moyses*. Tercium ℟ *Cantemus*. Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Abiit Iesus trans mare Galilee*. Septimum ⟨℟⟩ *Moises famulus*. Octavum ⟨℟⟩ *Splendida*. Nonum ⟨℟⟩ *Audi Israel*. *Gloria*. Et reiteratur. Et si in ista feria secunda festum duplex evenerit, loco responsorii *Audi Israel* dicitur in hac die ℟ *Vos qui transituri estis*. Ante Laudes ℣ *Scapulis* nec mutetur per ebdomadam istam sequentem in officio feriali. In Laudibus Ant. *Tunc acceptabis*. Ps. *Miserere* ut in libro. Capitulum, ymnus, versus ut in dominica prece-

denti. Ad Benedictus Ant. *Cum sublevasset oculos Iesus.* Oracio ut supra. Cetera ut in dominica precedenti.

(315) Et notandum quod si festum IX lectionum in ista feria II[a] sequenti evenerit, in primis Vesperis sancti totum fiat de dominica et commemoracio tantum de festo, quia dominica principalis est. Et quamvis sit principalis, tamen ad usum nostrum dicimus preces et neuma ut in dominica precedenti, et sic in ista dominica.

(316) Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris.* Cap. *Hortamur vos.* ℟ *Vos qui transituri.* Ymnus *Ex more.* ℣ *Angelis.* Ad Magnificat Ant. *Illi ergo homines.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(317) FERIA II[a] et sequentibus ut supra, ut in feriis precedentibus. Et responsoria istius dominice precedentis dicantur prout supra de consimilibus habentur. Feria II[a] lectio tercia secundum Iohannem *In illo tempore Prope erat Pasqua.* Ad Benedictus Ant. *Afferte ista hinc.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut observaciones* etc. Ad Magnificat ⟨Ant.⟩ *Solvite templum hoc.* Oracio *Deprecacionem.* Ad Nunc dimittis Ant. *Media vita.* Cetera ut in feriis precedentibus.

(318) FERIA III[a] secundum Iohannem *In illo tempore Iam die festo mediante.* Ad Benedictus Ant. *Quid me queritis.* Oracio *Sacre nobis.* Ad Magnificat Ant. *Unum opus feci.* Oracio *Miserere domine.*

(319) FERIA IIII[a] secundum Iohannem *In illo tempore Preteriens Iesus.* Ad Benedictus Ant. *Rabi quid.* Oracio *Deus* / (f. 32[v]) *qui et iustis.* Ad Magnificat Ant. *A seculo non est.* Oracio *Pateant aures.* Cetera ut supra.

(320) FERIA V[a] secundum Iohannem *In illo tempore dicebat Iesus turbis.* Nota quod si responsorium videlicet *Lazarus* in diebus quibus precipitur compleri nequeat propter festa eveniencia scilicet diebus veneris proxime venturum (!) et dominica de Palmis, in hac die iovis vel die sabbati sequenti ad Matutinas dicatur. Et fiat tercium responsorium etc. Ad Benedictus Ant. *Pater diligit filium.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut quos ieiunia.* Ad Magnificat Ant. *Amen dico vobis.* Oracio *Populi tui deus.*

(321) FERIA VI[a] secundum Iohannem *In illo tempore Erat quidam languens Lazarus.* Tercium ℟ *Lazarus amicus.* Ad Benedictus Ant. *Lazarus amicus.* Oracio *Deus* ⟨*qui*⟩ *ineffabilibus.* Ad Magnificat Ant. *Domine si hic fuisses.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus.*

(322) SABBATO secundum Iohannem *In illo tempore dicebat Iesus turbis Iudeorum Ego sum lux mundi.* Oracio *Fiat* ⟨*quesumus*⟩ *domine.* Cetera ut in sabbato precedenti. Sciendum est quod a dominica in Passione usque

ad dominicam in Ramis Palmarum semper in officio feriali dicitur in Vesperis Cap. *Tu autem domine sabaoth* et in Laudibus dicitur Cap. *Christus assistens*. Et ymni horarum tempore predicto tam in dominica quam in festis IX lectionum infra tempus predictum existencium cantentur ad cantum ymni *Rex Christe factor omnium*, excepto festo Annunciacionis si evenerit. Item a dominica de Palmis usque ad quintam feriam ante festum Pasche ad Vesperas Cap. *Estote imitatores*. Et ymni horarum a Nona sabbati Ramis Palmarum usque ad quintam feriam predictam in dominica et in festis ut supra cantentur ad cantum ymni *Mangno salutis gaudio*. Et in responsoriis tam dominicalibus quam feriis non dicitur *Gloria patri* neque in psalmo *Venite*.

(323) DOMINICA IN PASSIONE ad Vesperas Ant. *Benedictus*. Cap. *Tu autem domine sabaoth*. ℟ *Circondederunt*. ℣ *Quoniam tribulacio*. ℟ *Circondederunt*. Ymnus *Vexilla*. ℣ *Eripe me*. Ad Magnificat Ant. *Ego sum*. Oracio *Quesumus omnipotens deus familiam*. Ad Completorium Ymnus *Christe qui lux*. Cap. *Convertimini*. ℟ *In manus tuas*. ℣ *Redemisti*. ℟ *In manus*. Ad Nunc dimittis Ant. *Vigilate omnes*. Parve preces. ℟ *In pace*. Oracio *Deus qui illuminas*. Antiphona predicta videlicet *Vigilate* non mutetur usque ad quintam feriam ante Pasche (!) etc. excepto festo Annunciacionis si evenerit.

(324) Ad Matutinas Invit. *Hodie si vocem* etc. ut in libro habetur. Ymnus *Rex Christe factor*.

(235) In I° Nocturno Ant. *Quid* / (f. 35r) *molesti estis*. Ps. *Beatus vir* cum ceteris antiphonis ⟨et⟩ psalmis *Domine deus meus* etc. Sermo beati Augustini episcopi *Ad elemosinas faciendas*. Primum ℟ *Isti sunt dies*. Secundum ⟨℟⟩ *Multiplicati sunt*. Tercium ⟨℟⟩ *Qui custodiebant*.

(326) In II° Nocturno Ant. *Mittens hec mulier*. Ps. *Conserva* etc.

(327) In III° Nocturno Ant. *Scriptum est enim*. ℣ *Ne perdas cum impiis*. Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum* ut in libro. In ultimo responsorio non dicitur *Gloria* sed reiteratur ⟨responsorium⟩. Versus ante Laudes *De ore leonis*.

(328) In Laudibus Ant. *Vide domine*. Ps. *Miserere* etc. ut in ⟨libro⟩. Cap. *Christus assistens pontifex*. Ymnus *Mangno salutis*. ℣ *Eripe me de inimicis*. Ad Benedictus Ant. *Abraham pater*. Oracio ut supra.

(329) Ad Primam Ant. *Vulpes foveas*. Capitulum ut supra. Responsorium sine *Gloria* ut in dominica precedenti.

(330) Ad Terciam Ant. *Sicut exaltatus*. Cap. *Domine omnes qui te dereli[n]querunt*. ℟ *Erue*. ℣ *De ore*. Iterum ℟ *Erue*.

(331) Ad Sextam Ant. *Si oportuerit me mori.* Cap. *Confundantur qui me.* ℟ *De ore leonis.* ℣ *Ne perdas.*

(332) Ad Nonam Ant. *Rogabo patrem.* Cap. *Corpus meum.* ℟ *Ne perdas.* ℣ *Usquequo.*

(333) Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris meis* etc. ut in dominica precedenti. Cap. *Tu autem domine sabaoth.* ℟ *Usquequo exaltabitur* et reiteratur etc. Ymnus *Vexilla regis prodeunt.* ℣ *Eripe me.* Ad Magnificat Ant. *Tulerunt lapides.* Cetera ut supra. Et ad Completorium ut in Completorio precedenti.

(334) Notandum est quod si festum IX lectionum feria II$^{a}$, III$^{a}$ vel IIII$^{a}$ post ⟨dominicam in⟩ Ramis Palmarum evenerit, eadem die celebretur et Laudes proprie illius ferie in quo festum fuerit in feria consimili precedenti dicantur videlicet feria II$^{a}$, III$^{a}$ et IIII$^{a}$ post dominicam Passionis.

(335) Ad Matutinas Invit. *Ubi temptaverunt.* Ps. *Venite. Probaverunt* etc. sine *Gloria.* Ymnus *Rex Christe factor.*

(336) IN FERIA II$^{a}$ Nocturnus ferie secunde. Versus ante lectiones et responsoria dominice precedentis dicantur prout supra de consimilibus habentur. Item in lectionibus legitur librum (!) Ieremie et terminantur lectiones de dicta prophecia per *Hec dicit dominus* et incipitur sic Incipit Ieremias propheta *Verba Ieremie.* Tercia lectio de evangelio secundum Iohannem *In illo tempore Miserunt principes et pharisei* ut supra in consimilibus feriis precedentibus. Oracio *Sanctifica quesumus domine.* Ad Primam Ant. *Vulpes foveas* etc. ut in aliis / (f. 33$^{v}$) horis. Antiphone, capitulum, responsoria cum versiculis ut supra in dominica. Cetera ut in feriis precedentibus. Ad Vesperas Ant. *Inclinavit.* Ps. *Dilexi.* Capitulum, responsorium, ymni, versus ut supra in dominica nec mutentur donec de contrario videatur. Ad Magnificat Ant. *Si quis sitit.* Oracio *Da quesumus domine populo tuo.* Ad Nunc dimittis Ant. *Vigilate.* Cetera ut in feriis precedentibus.

(337) FERIA III$^{a}$ secundum Iohannem *In illo tempore Ambulabat Iesus in Galileam.* Ad Benedictus Ant. *Vos ascendite.* Oracio *Nostra ⟨tibi⟩ quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Quidam* (*-em* cod.) *Iudei.* Oracio *Da nobis quesumus domine perseverantem.* Cetera ut supra.

(338) FERIA IIII$^{a}$ secundum Iohannem *In illo tempore Facta sunt encenia.* Ad Benedictus Ant. *Oves mee.* Oracio *Sanctificato hoc.* Ad Magnificat Ant. *Multa bona.* Oracio *Adesto supplicacionibus.*

(339) Feria V$^{a}$, VI$^{a}$ et sabbato Invit. *Quadraginta annis offensus.* Ps. *Venite* et ipsi semper (!, i. e. feria V$^{a}$) in Nocturno Ant. *Domine deus.*

Ps. *Salvum me fac*. Evangelium secundum Lucam vel Iohannem *In illo tempore Cum audissent quidam*. Ad Benedictus Ant. *Magister dicit*. Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut dignitas*. Ad Magnificat Ant. *Desiderio*. Oracio *Esto quesumus domine* etc. ut supra.

(340) FERIA VI^a^ secundum Iohannem *In illo tempore Collegerunt pontifices*. Ad Benedictus Ant. *Appropinquabat* (*-bit* cod.) *autem*. Oracio *Cordibus nostris*. Ad Magnificat Ant. *Principes sacerdotum*. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut qui protectionis*.

(341) SABBATO secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis*. Ad Benedictus Ant. *Clarifica me* etc. ut supra. Et terminantur preces cum psalmis penitencialibus in hora Sexta sub una colecta tantum. Ad Nonam ymnus *Rerum deus* ad cantum ymni *Ramos virentes*. Ant. *Missus sum* ut in Nona diei habetur. Oracio *Omnipotens sempiterne*. Hec oracio dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Ad Vesperas Ant. *Benedictus*. Cap. *Estote imitatores*. Responsorium, ymnus, versus quere in sabbato precedenti. Ad Magnificat Ant. *Pater iuste*. Oracio ut supra. Ad Completorium ut in sabbato precedenti exceptis precibus et neuma.

(342) Item notandum est quod si festum Annunciacionis beate Marie vel sanctorum Tyburcii et Valeriani in feria II[a] post ⟨dominicam in⟩ Ramis Palmarum evenerit, responsorium videlicet *Ingrediente domino* etc. ad Matutinas istius dominice loco ℟ *Lazarus* dicatur. Cetera de festis ut in suo loco declarabuntur.

(343) ⟨DOMINICA IN RAMIS PALMARUM⟩ Ad Matutinas invitatorium dicitur per modum qui sequitur *Ipsi vero non congnoverunt*. Ps. *Venite*. *Quibus iuravi*. ℣ / (f. 34[r]) *Quoniam deus mangnus* etc. *Ipsi vero* etc. ut in libro habetur. Ymnus *Rex Christe factor*. Cetera ut in dominica precedenti. Sermo beati Ambrosii episcopi *Psalmi vicesimi primi*. Primum ℟ *In die qua*. Secundum ℟ *Fratres mei* etc. ut in libro. Item in ultimis responsoriis Nocturni non dicitur *Gloria*, sed reiterantur responsoria. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Cum appropinquasset Iesus*. Ante Laudes ℣ *Ne perdas cum*. In Laudibus Ant. *Dominus* (*-e* cod.) *deus auxiliator*. Ps. *Miserere* ut in libro. Cap. *Hoc sentite*. Ymnus *Ramos virentes*. ℣ *Eripe me*. Ad Benedictus Ant. *Occurr*[*er*]*unt turbe*. Oracio ut supra.

(344) Ad Primam Ant. *Turba multa*. Cetera ut in dominica precedenti exceptis precibus quia non dicuntur. Ad Terciam Ant. *Libera me*. Cap. *Christus humiliavit*. ℟ *Erue*. Ad Sextam Ant. *Tibi revelavi*. Cap. *Confun-*

*dantur.* ℟ *De ore.* Ad Nonam Ant. *Missus sum.* ℟ *Principes.* Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris.* Cap. *Estote imitatores.* ℟ *Ingrediente domino.* Ymnus *Vexilla.* ℣ *Eripe me.* Ad Magnificat Ant. *Ceperunt omnes turbe.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(345) Notandum est quod si in ista IIª feria sequenti festum IX lectionum evenerit, responsorium videlicet *Conclusit* ad Matutinas in feria IIIª sequenti dicatur et fiat primum responsorium. Alia vero duo responsoria ut in feria IIIª habentur. Si in feria IIIª festum IX lectionum evenerit, in feria IIª precedenti dicantur ista tria responsoria videlicet primum ℟ *Conclusit,* secundum ℟ *Insurrexerunt,* tercium ℟ *Dixerunt impii.* Si vero in feria IIIIª festum ut supra evenerit, in feria IIª precedenti ista tria responsoria dicantur primum ℟ *Conclusit,* secundum ℟ *Synagoga,* tercium ℟ *Contumelias.*

(346) Feria IIª, IIIª et IIIIª ad Matutinas Invit. *Quibus iuravi* etc. ut in libro. Ymnus *Rex Christe.* Nocturnus ut in libro secundum feriam. Versus ferie secunde ante lectiones *Domine deus meus in te.* Primum ℟ *Fratres mei.* Secundum ℟ *Attend*[*it*]*e domine.* Evangelium secundum Iohannem *Ante sex dies.* Tercium ℟ *Conclusit.* Ante Laudes versiculus *De ore.* In Laudibus Ant. *Faciem meam.* Ps. *Miserere* etc. ut in libro. Capitulum, ymnus, versus ut supra in dominica precedenti. Ad Benedictus Ant. *Non haberes.* Oracio *Da quesumus omnipotens deus ut qui in tot.* Ad Primam Ant. *Vulpes foveas.* Ad Terciam ymnus *Dei fide.* Antiphone, capitulum, responsoria, versus ut in dominica precedenti. Preces ut in feriis precedentibus. / (f. 34ᵛ) Ad Vesperas Ant. *Inclinavit.* Ps. *Dilexi.* Cap. *Estote imitatores.* ℟ *Usquequo.* Ymnus *Vexilla.* ℣ *Eripe me.* Ad Magnificat Ant. *Tanto tempore.* Oracio *Adiuva nos.*

(347) FERIA IIIª ad Matutinas invitatorium ut supra. Nocturnus tercie ferie. Versus ante lectiones *Usquequo.* Lectiones de prophecia ut in libro habentur. Primum ℟ *Deus Israel.* Secundum ℟ *Insurrexerunt.* Tercium ℟ *Dixerunt impii.* In Laudibus Ant. *Vide domine.* Ps. *Miserere* etc. ut in libro. Capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Nemo tollit.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus da.* Ad horas ut supra. Ad Vesperas Ant. *In domum domini.* Capitulum, ymnus, responsorium, versus ut supra. Ad Magnificat Ant. *Cotidie apud.* Oracio *Tua nos.*

(348) FERIA IIIIª invitatorium, ymnus ut supra. Nocturnus ferie IIIIᵉ. ℣ *Ne perdas.* Lectiones sine evangelio de prophecia. Primum ℟ *Synagoga.* Secundum ℟ *Viri impii.* Tercium ℟ *Contumelias.* Versus ante Laudes *De ore leonis.* In Laudibus Ant. *Libera me* [*domine*] ut in libro. Capitulum,

ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Consilium fecerunt.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui nostris.* Ad horas ut supra etc. Et finiuntur preces et psalmi penitenciales in Nona huius diei. Et ab eadem hora non dicantur neuma nec preces donec in crastino Trinitatis.

(349) Et si in hac die festum IX lectionum evenerit, totum fiat de festo donec ad capitulum et a capitulo de feria et commemoracio de festo. Si vero festum duplex evenerit, totum fiat de festo et commemoracio de feria in Vesperis et ad Matutinas. In hac die ad Vesperas Ant. *Nisi tu domine.* Ps. *Nisi dominus.* Cap. *Estote imitatores.* ℟ *Circondederunt.* Ymnus *Vexilla.* ℣ *Eripe me.* Ad Magnificat Ant. *Factus Iesus.* Oracio *Respice quesumus domine.* Ad Completorium ut in sabbato Ramis Palmarum habetur. Et ab istis Vesperis usque ad diem octavam Pasche inclusive de festis trium lectionum nichil fiat in choro. Infra ebdomadam vero paschalem si festum trium lectionum evenerit, fiat private commemoracio prout in paschali tempore habetur.

(350) IN CENA DOMINI et in aliis duobus diebus sequentibus ad Matutinas dicto *Pater noster* more solito incipitur antiphona que est in primo Nocturno. Et non dicitur *Domine labia* nec *Deus in adiutorium* nec *Gloria patri* nec ante lectiones *Et ne nos* nec benedictiones lectionum nec *Iube* in lectionibus nec capitulum nec responsoria in horis neque antiphone nisi tantum post psalmum dicitur Ant. *Proprio filio.* Et dicto ad Matutinas post Nocturnum / (f. 35r) *Pater noster* ut moris est, incipitur lectio et terminantur tres prime lectiones ut sequitur *Ierusalem Ierusalem convertere ad dominum deum tuum.* Alie vero sex lectiones terminantur more propheciarum etc. Item eciam in psalmis et in responsoriis *Gloria patri* non dicitur sed ad Matutinas dicto versu *Mortem autem crucis* sine responsione dicitur *Pater noster* cum silencio. Quo finito sine *Et ne nos* dicitur voce submissa Ps. *Miserere mei deus secundum.* Post sequitur oracio cum mediocri voce *Respice quesumus domine* sine *Per dominum.* Qua finita incipitur antiphona videlicet *Ait Pilatus.* Ad horas dicatur tantummodo *Pater noster* legendo bene et devote ut decet cum antiphona ut supra *Proprio filio suo.* Et ⟨post⟩ ipsam antiphonam dicitur *Pater noster.* Quo finito dicitur sine *Et ne nos* Ps. *Miserere.* Oracio ut supra. Et antequam Vespere dicantur officium misse dicatur ut in libro habetur.

(351) IN CENA DOMINI ad Matutinas Ant. *Zelus domus.* Ps. *Salvum me fac.* Ant. *Avertantur.* Ps. *Deus in adiutorium.* Ant. *Deus meus.* Ps.

*In te domine.* ℣ *Zelus domus tue. Pater noster.* Lectio prima *Aleph Quomodo sedet.* Finis lectionis *Ierusalem* etc. Primum ℟ *In monte Oliveti.* Alie due lectiones ut in libro continentur. Secundum ℟ *Tristis est anima mea.* Tercium ℟ *Ecce vidimus.* Et non dicitur *Gloria* sed reiteratur responsorium.

(352) In II° Nocturno Ant. *Liberavit.* Ps. *Deus iudicium.* Ant. *Cogitaverunt.* Ps. *Quam bonus.* Ant. *Exurge.* Ps. *Ut quid deus.* ℣ *Liberavit dominus pauperem.* Ex tractatu sancti Augustini super psalmos *Exaudi deus oracionem meam.* Quartum ℟ *Unus.* Quintum ⟨℟⟩ *Eram quasi.* Sextum ⟨℟⟩ *Una hora.*

(353) In III° Nocturno Ant. *Dixi[t] iniquis.* Ps. *Confitebuntur.* Ant. *Terra tremuit.* Ps. *Notus in Iudea.* Ant. *In die tribulacionis.* Ps. *Voce mea.* ℣ *Homo pacis mee.* Epistola ad Corintheos *Primum quidem.* Septimum ℟ *Seniores populi.* Octavum ⟨℟⟩ *Revelabunt.* Nonum ⟨℟⟩ *O Iuda.* Iterum responsorium. Et non dicitur versus sed immediate post responsorium dicitur antiphona de Laudibus videlicet *Iustificeris domine.* Ps. *Miserere.* Ant. *Dominus tanquam ovis.* Ps. *Domine refugium* etc. / (f. 35ᵛ) Post psalmum videlicet *Laudate dominum de celis* sequitur ℣ *Christus factus est.* Ad Benedictus Ant. *Traditor autem.* Ps. *Benedictus deus.* Finita dicta antiphona dicitur *Kyrieleyson* ter. Post sequitur versus a duobus antiquioribus ante pulpitrum in medio chori videlicet *Qui celi dominus.* Deinde ab aliis duobus sequentibus senioribus dicitur *Domine miserere.* Et chorus respondeat *Christus dominus factus est obediens usque ad mortem.* Post sequitur *Christeleison* ter. Alius versus a supradictis antiquioribus videlicet *Debita mortis.* Responsio ab aliis ut supra *Domine miserere.* Chorus ut supra *Christus dominus* etc. Iterum *Kyrieleison* ter ut supra. Versus tercius *Vita in ligno* ut supra. Responsio *Domine miserere* ut supra. Chorus *Christus dominus* ut supra. Sequitur versus a septimanario videlicet *Mortem autem crucis* faciendo tenebras per spacium unius *Ave Maria* et non plus, bene, dulciter, sine clamore etc. Et statim sequitur *Pater noster* cum mangna devocione. Quo finito dicitur Ps. *Miserere mei* submissa voce dulci. Oracio post in medio chori videlicet *Respice domine* etc. Post sequitur inmediate cum bona voce antiphona videlicet *Ait Pilatus.*

(354) Ad horas ut in regula precedenti habetur. Et ad Primam dicitur *Exultabunt.* Et pro defunctis Ps. *De profundis.* Oracio *Fidelium.* Officium misse dicitur cum Vesperis. Et sic finita missa dicitur Ant. *Calicem.* Ps. *Credidi.* Ant. *Cum hiis.* Ps. *Ad dominum.* Ant. *Ab hominibus.* Ps. *Eripe me.* Ant. *Custodi.* Ps. *Domine clamavi.* Ant [*Custodiebam*] ⟨*considera-*

*bam*⟩. Ps. *Voce mea.* Et statim post incipitur ab eodem qui missam celebravit antiphona ad Magnificat videlicet *Cenantibus autem.* Ps. *Magnificat.* Incipitur in choro ⟨*Christus factus est*⟩. Quo finito dicitur a sacerdote celebrante *Dominus vobiscum.* In choro respondetur *Et cum spiritu tuo. Oremus Refecti vitalibus alimentis* etc. *Per dominum. Dominus vobiscum. Benedicamus domino.* Cetera alia post prandium cum devocione dicantur prout in libris habentur. Collacione facta dicitur Completorium bene et devote ut decet per modum qui sequitur videlicet dicto *Pater noster* more consueto etc. incipiuntur psalmi cum bona voce legendo et non cantando, observando punctum in medio versiculi. / (f. 36r) In quo Completorio dicuntur psalmi sequentes *Cum invocarem. In te domine. Qui habitat. Ecce nunc. Nunc dimittis.* Post sequitur Ant. *Proprio filio suo. Pater noster.* Ps. *Miserere.* Oracio *Respice quesumus.*

(355) IN DIE VENERIS SANCTA ad Matutinas in primo Nocturno Ant. *Astiterunt reges.* Ps. *Quare fremuerunt.* Ant. *Diviserunt.* Ps. *Deus deus meus respice.* Ant. *Insurrexerunt.* Ps. *Dominus illuminacio.* ℣ *Diviserunt sibi.* Legenda de lamentacionibus ut supra. Primum ℟ *Omnes amici mei* etc. ut in libro.

(356) In II° Nocturno Ant. *Vim faciebaant* (*-am* cod.). Ps. *Domine ne.* Ant. *Confundantur.* Ps. *Exspectans.* Ant. *Alieni.* Ps. *Deus in nomine.* ℣ *Insurrexerunt.* Ex tractatu sancti Augustini super psalmos *Filii hominum d*[*ic*]*entes.* Et fiant tantum tres lectiones de ista legenda. Quartum ℟ *Tanquam ad latronem.*

(357) In III° Nocturno Ant. *Ab insurgentibus.* Ps. *Eripe me.* Ant. *Longe fecisti.* Ps. *Domine deus salutis.* Ant. *Captabant.* Ps. *Deus ulcionum.* Versiculus *Locuti sunt.* Tres ultime lectiones ut sequitur *Festinemus ingredi.* Septimum ℟ *Tradiderunt me.* Octavum ⟨℟⟩ *Iesum tradidit.* Nonum ⟨℟⟩ *Vadis propiciator* et reiteratur. In Laudibus Ant. *Proprio filio.* Ps. *Miserere.* Ant. *Anxiatus.* Ps. *Domine exaudi* etc. ut in libro. Versiculus *Proprio filio.* Ad Benedictus Ant. *Posuerunt super* ⟨*caput*⟩ *eius* etc. *Kyrieleison* ter. ℣ *Qui prophetice* (*-cie* cod.). *Domine miserere. Christus dominus* etc. *Christeleison* ter. ℣ *Qui passurus. Domine miserere. Christus dominus* etc. *Kyrieleison* ter. ℣ *Qui expansis. Domine miserere. Christus dominus* etc. Versiculus *Mortem autem crucis.* Et fiat totum ut supra in feria precedenti. Oracione dicta dicatur antiphona sequens cum bona voce *Cum accepisset acetum.* Ad alias horas ut supra. Et dicto officio misse Vespere dicantur. Ad Vesperas psalmos videlicet *Confitebor. Domine probasti me. Eripe me. Domine clamavi. Voce mea.* Ant. *Proprio filio.*

Ad Magnificat Ant. *Cum accepisset* etc. *Pater noster*. Ps. *Miserere*. Oracio *Respice*. Ad Completorium ut supra habetur. / (f. 36v)

(358) SABBATO SANCTO ad Matutinas in primo Nocturno Ant. *In pace inidipsum*. ⟨Ps.⟩ *Cum invocarem*. Ant. *Habitabit*. Ps. *Domine quis habitabit*. Ant. *Caro mea*. Ps. *Conserva*. Versiculus *In pace in idipsum*. Lectiones de lamentacionibus ut supra. Primum ℟ *Sepulto domino* etc. ut in libro.

(359) In II° Nocturno Ant. *Elevamini*. Ps. *Domini est terra*. Ant. *Credo videre*. Ps. *Dominus illuminacio mea*. Versiculus *Tu autem domine miserere*. Quartum ℟ *Recessit pastor*. Quintum ⟨℟⟩ *O vos omnes* etc. ut supra.

(360) In III° Nocturno Ant. *Deus adiuva*. Ps. *Deus in nomine* etc. Ant. *In pace*. Ps. *Notus in Iudea*. Ant. *Factus sum*. Ps. *Domine deus salutis*. Versiculus *In pace*. Tres ultime lectiones *Christus asistens*. Septimum ℟ *Extimatus sum*. Octavum ⟨℟⟩ *Angnus dei*. Nonum ⟨℟⟩ *Sicut ovis*. Et reiteratur.

(361) In Laudibus Ant. *O mors*. Ps. *Miserere*. Ant. *Plangent eum*. Ps. *Iudica me* etc. ut in libro. ℣ *O vos omnes*. Ad Benedictus Ant. *Mulieres sedentes* etc. *Kyrieleison* ter. Versiculus *Pater orbis. Domine miserere. Christus dominus. Christeleison* ter. ℣ *Qui ovem perditam. Domine miserere. Christus dominus. Kyrieleison* ter. ℣ *Qui culpam. Domine miserere. Christus Dominus*. Versiculus *Mortem autem crucis. Pater noster*. Ps. *Miserere*. Oracio *Respice*. Deinde sequitur Ant. *Sepulto domino* cum bona voce ut supra.

(362) Ad alias horas ut supra. Et antequam Vespere dicantur, officium misse integre dicatur prout in libro habetur. Et postquam celebrans missam communicaverit, dicitur antiphona videlicet *Alleluia* quater super psalmum *Laudate dominum omnes gentes. Gloria patri*. Ad Magnificat antiphona ante et post *Vespere autem sabbati* etc. Deinde sequitur *Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus Spiritum in nobis domine* etc. *Per dominum. Benedicamus domino alleluia alleluia*.

(363) Post prandium circa solis occasum Completorium solempniter pulsentur. Et pulsacio⟨ne⟩ facta Completorium dicitur pro⟨ut⟩ hic habetur. Dicto *Pater noster Converte nos deus salutaris noster. Deus in adiutorium*. Ps. *Com* (!) *invocarem. Gloria patri. In te domine. Gloria* cum aliis psalmis. Finito ultimo psalmo dicitur *Alleluia* semel. Post sequitur antiphona ad Nunc dimittis et dicitur ante et post videlicet *Maria Magdalene*. Ps. *Nunc dimittis*. Oracio *Deus qui hanc sacratissimam*. / (f. 37r) *Per eundem* etc.

(364) Sciendum est quod in die sancto Pasche et per ebdomadam ad Matutinas dicitur *Domine labia. Deus in adiutorium.* Et ad alias horas dicitur solummodo *Deus in adiutorium.* Item in die sancto Pasche et per ebdomadam ymni, capitulum, responsoria et versiculi non dicuntur per horas, exceptis Matutinis in quibus dicuntur versiculi prout in libro habentur.

(365) Item ad Vesperas diei Pasche et per totam ebdomadam ad Vesperas non dicitur *Deus in adiutorium* sed loco ipsius dicuntur *Kyrieleyson* prout in missa per ebdomadam variantur in cantu ut in libro habentur.

(366) Item si aliquod festum *Te deum* habens, excepto quod non sit duplex, a V[a] feria ante festum Pasche usque ad secundam feriam post predictum festum evenerit, in secundis Vesperis ipsius secunde ferie fiat private commemoracio de sancto prout de sancto Georgio. Et eciam in feria III[a] sequenti ad Matutinas et ad Vesperas eciam fiat commemoracio de ipso sancto. Si vero infra ebdomadam Pasche evenerit festum ut supra excepto festo duplici, fiat commemoracio solempnis in choro in primis, secundis Vesperis et Matutinis.

(367) IN DIE SANCTO PASCHE ad Matutinas dicto *Pater noster* dicitur *Domine labia.* Invit. *Alleluia* et dicitur ter. Ps. *Venite.* In Nocturno Ant. *Ego sum qui sum.* Ps. *Beatus vir.* Ant. *Postulavi.* Ps. *Quare fremuerunt.* Ant. *Ego dormivi.* Ps. *Domine quid.* Versiculus *Quem queris mulier.* Lectio sancti evangelii secundum Marcum *In illo tempore Maria Magdalene.* Primum ℟ *Angelus domini* etc. In hac die ecclesia cathedralis facit aliquas cerymonias ante prosam videlicet *Dic nobis Maria* et eciam cantando dictam prosam etc. Tercium ℟ *Dum transisset.* Sequitur prosa ut hec *Dic nobis Maria. Sepulcrum Christi. Angelicos testes* etc. ut in libro. Sequitur post statim antiphona videlicet *Surrexit enim sicut dixit.* Post sequitur Ps. *Te deum laudamus.* Versiculus *Surrexit dominus vere alleluia. Et apparuit Symoni.* In Laudibus Ant. *Et valde mane.* Ps. *Dominus regnavit.* Ant. *Et dicebant.* Ps. *Iubilate.* Antiphona ante Benedictus et post *Erat autem aspectus.* Ps. *Benedictus.* Oracio *Deus qui hodierna die.* Et dicitur ad omnes horas preter Vespere (!) et Completorium.

(368) Ad Primam observata / (f. 37[a]) bona consuetudine (consuetudo cod.) dicendo *Pater noster,* dicitur *Deus in adiutorium meum.* Et sequitur statim post Ps. *Deus in nomine tuo. Beati immaculati. Quicumque vult salvus.* Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Hec dies quam fecit* etc. Oracio ut supra. Ad alias horas psalmos assuetos. Cetera ut habentur ad Primam.

(369) Ad Vesperas recursum ad laudabilem consuetudinem dicendo

*Pater noster*. Incipitur *Kyrie* prout in hac die in missa habetur. Ant. *Alleluia*. Psalmi *Dixit Dominus*. *Confitebor*. *Beatus vir*. Et post dicuntur quatuor *Alleluia*. Versiculus *Hec dies* etc. cum neuma. ℣ *Confitemini*. *Alleluia Surrexit pastor bonus*. Prosa *Iudea incredula*. Ante Magnificat et post Ant. *Pre timore autem eius*. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus*. *Per dominum*. *Benedicamus alleluia alleluia*. Et sic fit in aliis solempnitatibus. Item eundo ad fontes Ant. *In Galileam*. Ps. *Laudate pueri*. *Gloria Patri*. *In exitu*. *Gloria Patri*. ℣ *In resurrectione tua*. *Oremus Presta quesumus omnipotens deus*. *Per eundem Christum dominum nostrum*. Ante crucem dicitur responsorium a duobus, videlicet *Christus resurgens*. ℣ *Dicant nunc Iudei*. ℣ *Dicite in nacionibus*. *Oremus Presta quesumus omnipotens deus ut qui* ⟨*graciam*⟩. *Per eundem Christum dominum nostrum*. Intrando chorum dicitur prosa de beata virgine videlicet *Virginis in laude*.

(370) Ad Completorium ut in Completorio precedenti, excepto quod loco antiphone *Marie Magdalene* dicitur *Alleluia*. *Resurrexit dominus alleluia*. Et semel dicitur tantum. Oracio *Presta quesumus omnipotens* ⟨*et misericors*⟩ *deus ut in resurrectione domini nostri*.

(371) Nota quod antiphona predicta dicitur sabbatis et dominicis diebus usque ad Ascensionem domini. Aliis vero diebus dicitur Ant. *Mane nobiscum domine*.

(372) Item FERIA II[a] et per totam ebdomadam ad Matutinas Invit. *Surrexit dominus vere alleluia*. Ps. *Venite exultemus*. In nocturno loco antiphone dicuntur septem *Alleluia*. Psalmos in ista feria II[a] videlicet *Com invocarem*. *Gloria*. *Verba mea*. *Gloria*. *Domine ne*. *Gloria*. ℣ *Quem queris mulier*. Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Duo ex discipulis*. Primum ℟ *Maria Magdalene* cum aliis responsoriis. Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Surrexit dominus vere*. Et in Laudibus Ant. *Angelus domini* super psalmos Laudum, / (f. 38[r]) nec mutetur per istam ebdomadam in officio feriali. Ad Benedictus Ant. *Qui sunt hii*. Oracio *Deus qui solempnitate*. Et dicitur hec oracio per omnes horas preter Primam, Vesperas et Completorium. Et sic fiant de consimilibus per istam ebdomadam.

(373) Ad Primam oracio *Deus qui hodierna die* etc. ut in die Pasche ad horas habetur. Et oracio ut supra.

(374) Ad Vesperas *Kyrieleison* ut in missa. Psalmos cum *Alleluia* ut in die Pasche. Post psalmos ℟ *Hec dies quam*. ℣ *Dica[n]t nunc Israel*. *Alleluia Angelus domini descendit*. Prosa *O Maria Magdalene*. Ad Magnificat antiphona semel *Nonne cor nostrum*. Oracio *Concede quesumus*

*omnipotens deus ut qui peccatorum* (-*a* cod.). Ad fontes Ant. *In Galileam.* Cetera ut supra. Oracio *Deus qui populum tuum.* Ad crucem responsorium etc. ut supra. Oracio *Concede quesumus omnipotens deus.* Prosa ut supra. Ad Completorium ut supra, excepto quod non dicitur ad Nunc dimittis *Alleluia Resurrexit,* sed dicitur *Alleluia Mane nobiscum.* Oracio ut in Completorio precedenti.

(375) FERIA III^a ad Matutinas psalmos *Domine deus. Gloria Patri. Domine dominus noster. Gloria. In domino confido. Gloria.* Cetera ut supra in feria precedenti. ℣ *Noli flere Maria.* Evangelium secundum Lucam etc. Primum ℟ *Virtute mangna* etc. ut in libro habetur et in feria II^a precedenti. Ad Benedictus Ant. *Stetit Iesus.* Oracio *Deus qui ecclesiam tuam.* Ad horas ut supra.

(376) Ad Vesperas *Kyrieleison* ut in missa. Cetera ut supra in Vesperis habentur. ℟ *Hec dies.* ℣ *Dicant nunc* ⟨*qui*⟩ *redempti. Alleluia Christus resurgens.* Prosa *Dic nobis Maria.* Ad Magnificat Ant. *Conturbati vero.* Oracio *Concede quesumus omnipotens deus ut qui paschalis* etc. Ad fontes ut supra. Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut per hec.* Ad crucem ut supra. Oracio *Deus qui conspicis.* Prosa et ad Completorium ⟨ut supra⟩.

(377) FERIA IIII^a invitatorium ut supra. Psalmos *Salvum me fac. Gloria. Usquequo. Gloria. Dixit incipiens. Gloria.* ℣ *Tulerunt dominum.* Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Manifestavit se Iesus.* Primum ℟ *Ecce vi*[*n*]*cit.* Cetera ut supra in diebus precedentibus. Ad Benedictus Ant. *Mitt*⟨*it*⟩*e in dexteram.* Oracio *Deus qui nos* etc. Ad horas ut supra.

(378) Ad Vesperas *Kyrieleison* ut in eadem die in missa habetur. Cetera ut supra ad Vesperas habentur. Post psalmos ℟ *Hec dies.* ℣ *Dextera domini. Alleluia In die.* Prosa *Dic nobis Maria.* Ad Magnificat Ant. / (f. 38^v) *Dixit discipulus ille.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut paschalis.* Ad fontes etc. oracio *Deus qui nos.* Ad crucem ut supra. Oracio *Tribue quesumus omnipotens deus.* Prosa et ad Completorium ut supra.

(379) FERIA V^a ad Matutinas Ps. *Domine quis habitabit. Conserva me. Exaudi domine.* Versus ut supra in feria II^a. Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Maria stabat ad.* Responsoria ut supra in feria II^a precedenti. Ad Benedictus Ant. *Maria stabat.* Oracio *Deus qui diversitatem.* Cetera ut in feriis precedentibus habentur.

(380) Ad Vesperas *Kyrieleison* ut in missa. Psalmos cum aliis ut supra. ℟ *Hec dies.* ℣ *Lapiden* (!). *Alelluia.* ℣ *Surrexit altissimus.* Prosa *Dic nobis Maria.* Ad Magnificat Ant. *Venit Maria* [*Magdalene*]. Oracio *Deus qui nobis.* Cetera et ad fontes ut supra. Post versum dicitur oracio *Oremus*

*Da quesumus omnipotens deus ut ecclesia.* Ad crucem dicitur tantummodo responsorium videlicet *Christus resurgens.* ℣ *In resurrectione.* Oracio *Multiplica quesumus domine.* Prosa et ad Completorium ut supra.

(381) FERIA VI^a ut supra in feria III^a habetur. Psalmos ad Matutinas, videlicet *Celi enarrant. Exaudiat te. Domine in virtute* etc. Evangelium secundum Matheum *In illo tempore Undecim discipuli.* Tercium ℟ *Expurgate* etc. Cetera ut supra in feria III^a. Ad Benedictus Ant. *Undecim discipuli.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus.* Ad alias horas ut supra dictum est.

(382) Ad Vesperas *Kyrieleison* ut in missa. Cetera ut in Vesperis precedentibus. ℟ *Hec dies.* ℣ *Benedictus. Alleluia Crucifixus.* Prosa *Dic nobis Maria.* Ad Magnificat Ant. *Data est michi.* Oracio *Deus per quem.* Ad fontes ut supra. *Deus qui credentes.* Ad crucem ℣ *Dicant nunc Iudei.* ℣ *Dicite in nacionibus.* Oracio *Adesto ⟨quesumus⟩ domine.* Prosa et ad Completorium ut supra.

(383) SABBATO ut supra in feria IIII^a precedenti. Psalmos videlicet *Dominus regit me. Domini est terra. Iudica me.* ℣ *Tulerunt.* Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Una sabbati Maria Magdalene.* Responsoria ut supra in feria IIII^a etc. Ad Benedictus Ant. *Currebant duo.* Oracio *Concede quesumus ommipotens deus ut ⟨qui festa⟩ paschalia.* Ad horas ut supra. Et versus videlicet *Hec dies* cantetur ad cantum quo cantabatur in / (f. 39^r) missa cum *Alleluia* in fine versiculi.

(384) Sciendum est quod de predicta solempnitate in die octava fiunt octave solempnes plus quam de omnibus aliis octavibus. Et per dominicas sequentes usque ad Ascensionem domini semper fiunt octave prout in libro habentur, quia solempnitas Pasche atonomasice dicitur solempnitas solempnitatum sicut dicitur sancta sanctorum, Cantica canticorum eo quod alia sancta et alia cantica ex⟨c⟩edunt. Inde est quod omnes dies dominice ⟨eam⟩ reincepimus, id est omnes dominice sunt octave huius festi. Dicitur eciam festivitas festivitatum etc. ut habetur in Racionale eciam vocatur Pascha hoc festum quasi transitus. Pascha vero est festum filii quia tunc Christus a mortuis surrexit et verus Deus apparuit etc.

(385) Notandum est quod si festum duplex sicut festum sancti Ambrosii vel Marci[i] a feria V^a ante festum Pasche usque ad diem octavarum predictarum evenerit, in octava Pasche in secundis Vesperis fiat tantum commemoracio de ipso festo secundum quod festum requirit. Et in crastino fiat officium de ipso festo nisi maius festum in eadem secunda feria evenerit ut festum sanctorum Philippi et Iacobi. Quia si in eadem feria II^a evenerit, eadem die celebretur et in eadem secunda feria

in secundis Vesperis fiat tantum commemoracio de sancto Marco. Et in feria III^a sequenti fiat de ipso ut in libro habetur. Et in secundis Vesperis sancti Marci[i] fiat a capitulo de Invencione sancte crucis et commemoracio de sancto Marco. Et fiat processio sancti Marci[i] in feria III^a Pasche ut in libris processionalibus habetur.

(386) Item nota quod ab octava Pasche usque ad Ascensionem domini super psalmos [de] *Benedictus* cum ceteris psalmis dicuntur tantummodo tres *Alleluia* et dominicis diebus super psalmos *Dixit dominus, Confitebor* cum ceteris dicuntur quatuor *Alleluia.*

(387) Sabbatis diebus Cap. *Expurgate* ad Vesperas et dominicis diebus ad Matutinas eciam dicitur. In secundis vero Vesperis Cap. *Christus resurrexit a mortuis.* In officio vero feriali ad alias horas capitula, responsoria et versus ut in libro de officio feriali habentur. Item a feria II^a post octavam Pasche usque ad festum Penthecosten diebus quibus Ps. *Te deum* dicitur, psalmus videlicet [de] *Quicunque* dicatur et alias non dicitur. Item si aliquod festum solempne in sabbato post festum / (f. 39^v) Pasche evenerit, eadem die celebretur. Et fiat commemoracio tantum de octava Pasche. Et ad omnes horas in vigilia et in solempnitate predicta dicatur officium diei solempnitatis pertinentis prout de officio Annunciacionis beate Marie in paschali tempore habetur, quia de similibus simile est iudicium.

(388) Item si in octava Pasche evenerit, ad secundam feriam sequentem transferatur. Si vero in aliqua alia dominica evenerit, eadem die celebretur et fiant commemoraciones de dominica ut consuetum est. Evangelium vero dominica ad Matutinas legatur. Et fiant de ipso evangelio tres ultime lectiones nisi festum habeat suum proprium evangelium. Quia si habuerit, fiant de evangelio dominice duo ultime lectiones. Et fiant duo *Benedicamus,* primum cum uno *Alleluia,* solum secundum vero cum duobus *Alleluia.* Cetera dicentur circa festum Dedicacionis vel officium dominicarum ante Adventum domini etc.

(389) DOMINICA IN ALBIS ad Vesperas dicto *Pater noster* more solito dicitur *Deus in adiutorium.* Post sequitur antiphona videlicet *Alleluia* ter super psalmos *Benedictus* cum aliis. Cap. *Expurgate.* Ymnus *Chorus nove.* ℣ *Gavisi sunt.* Ad Magnificat Ant. *Cum esset sero.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut qui festa paschalia* et dicitur hec oracio per omnes horas preter Primam et Completorium. Eciam dicatur infra ebdomadam in officio feriali. Et sic fiat de consimilibus usque ad Adventum nisi aliud obstet. Commemoracio de cruce. ℟ *Christus resurgens.*

℣ *Dicite in nacionibus. Oremus Deus qui ad eternam vitam.* Ad Completorium *Converte nos.* Ps. *Com* (!) *invocarem.* Ymnus *Ad cenam.* Et quando dicitur ℣ *O vere digna hostia* genibus flexis dicatur. Cap. *Iesus Christus traditus est* etc. ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis *Alleluia Resurrexit dominus.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut in resurrectione.*

(390) Ad Matutinas Invit. *Surrexit dominus.* Ymnus *Aurora lucis rutillat.* Cetera ut in die Pasche. Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Cum sero esset.* Tercium ℟ *Et valde.* Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Surrexit dominus vere.* In Laudibus Ant. *Angelus domini.* Psalmi *Dominus regnavit* cum aliis videlicet *Iubilate. Deus deus meus. Gloria patri.* Ant. *Redemptor noster.* / (f. 40r) Ymnum trium puerorum *Benedicite omnia opera.* Ant. *Alleluia* sepcies. Ps. *Laudate dominum de celis.* Cap. *Expurgate.* Ymnus *Sermone blando angelus.* ℣ *Surrexit Christus.* Ad Benedictus Ant. *Post dies octo.* Oracio ut supra. Et nulla fiat commemoracio de cruce nisi in Vesperis.

(391) Ad Primam ymnus *Iam lucis. Quesumus auctor. Gloria tibi domine.* Et cantetur cum cantu ymni videlicet *Sermone.* Item eciam cante[n]tur in festis quibus psalmus videlicet *Te deum* dicitur. Ymni horarum ut supra cum versiculis ultimis predictis cantentur. Ad Primam Ant. *Surgens Iesus.* Psalmos ut supra ad Primam habentur. Cap. *Hec dicit dominus.* ℟ *Christe Iesu* ⟨cum⟩ *Alleluia alleluia.* ℣ *Resurrexit dominus alleluia.* Oracio *Repelle quesumus domine. Exultabunt* ut supra semper dicitur.

(392) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte nobis.* Ant. *Resurrexit dominus.* Cap. *Epulemur.* ℟ *Quem queris mulier* etc. ut in libro. Oracio ut supra.

(393) Ad Sextam Ant. *In resurrectione.* Cap. *Per Iesum fideles.* ℟ *Noli flere Maria* etc. ut supra.

(394) Ad Nonam Ant. *Surrexit dominus vere.* Cap. *Christus resurgens ex mortuis.* ℟ *Tulerunt dominum* etc. Oracio ut supra.

(395) Ad Vesperas Ant. *Alleluia* quatuor super psalmos *Dixit dominus. Confitebor* etc. Cap. *Christus resurrexit a mortuis.* Ymnus *Chorus nove Ierusalem.* ℣ *Gavisi sunt.* Ad Magnificat Ant. *Thomas qui dicitur.* Oracio ut supra. Commemoracio crucis *Dicant nunc Iudei.* Versus et oracio et ad Completorium ut supra.

(396) FERIA IIa et sequentes ferie usque ad Ascensionem domini ad Matutinas Invit. *Alleluia alleluia alleluia.* Ps. *Venite.* Ymnus *Aurora lucis.* In Nocturno super psalmos Ant. *Pax vobis.* Psalmi, versus, responsoria et antiphone etc. pro⟨ut⟩ hic sequitur videlicet ante lectiones,

versus videlicet feria IIª et Vª *Quem queris*. Primum ℟ *Dignus es domine*. Secundum ⟨℟⟩ *Ego sicut* etc. ut in libro. Feria IIIª et VIª versus ante lectiones *Noli flere*. Primum ℟ etc. *Locutus est ad me* etc. Feria IIIIª et sabbato versus ante lectiones *Tulerunt dominum*. Primum ℟ *Vidi portam* etc. ut in libro habetur. *Te deum laudamus* non dicitur. ℣ *Surrexit dominus vere*.

(397) In Laudibus Ant. *Congnoverunt dominum* super psalmos *Dominus regnavit* etc. Cap. *Expurgate*. Ymnus *Sermone blando*. ℣ *Surrexit Christus*. Ad Benedictus antiphona de antiphonis que habentur per / (f. 40v) ebdomadam cum oracione dominice currentis. Ad Matutinas commemoracio de cruce videlicet de Ant. *Crucifixus surrexit*. ℣ *Dicite in nacionibus*. Oracio *Deus qui ad eternam vitam*. Ad horas ut supra in dominica precedenti, excepto quod non dicitur psalmus videlicet *Quicumque vult*. Ad Vesperas ut in feriis sequentibus habetur.

(398) Et antiphone sequentes dicantur ad Benedictus et ad Magnificat infra istam ebdomadam primam post octavam Pasche. Et si festum qualecumque fuerit evenerit in dicta ebdomada, de ipsis nulla fiat commemoracio. Et non sit cura si alique remaneant. Et nota si oporteat dici infra ebdomadam ad Benedictus et ad Magnificat sine reiteracione antiphona que in sabbato sequenti habetur videlicet *Multa quidem* cum supradictis antiphonis non dicatur prout in libro habetur, sed alie antiphone que post ipsam antiphonam sequuntur. Si vero reiterare predictas antiphonas conveniat, dicatur in prima vice prout in libro habetur. Et in reite[ne]racione antiphona predicta non dicatur, quia dicetur in sabbato ut supra. Et sic fiat de aliis antiphonis consimilibus usque ad Adventum nisi de contrario videatur. Ant. *Mitte manum tuam*. Ant. *Misi digitos* etc. ut in libro.

(399) Notandum est quod a festo Pasche usque ad Trinitatem de qualecumque festo sive officio non fiunt nisi tres psalmi, tres lectiones et tria responsoria in Matutinis ut in libro habentur. Et in festis in quibus psalmus videlicet *Te deum* dicitur, cantentur ymni Vesperarum ad cantum ymni *Chorus nove*, ymni Matutinarum ad cantum ymni videlicet *Aurora lucis*. Ymni vero Laudum et horarum ad cantum ymni videlicet *Sermone blando* cantentur si cantus conveniat. Et in fine cuiuslibet ymni dicantur isti duo versus videlicet *Quesumus auctor* et *Gloria tibi domine qui surrexisti*. Et hoc usque ad Nonam vigilie Ascensionis domini. Et in diebus profestis et festis quibus psalmus videlicet *Te deum* non dicitur, ymni horarum tantum ad cantum feriale cantentur.

(400) Item ab octava Pasche usque ad Ascensionem sabbatis et domi-

nicis diebus quando fient Vespere integre de octava Pasche non obstante aliqua commemoracione si fiat de aliquo festo trium lectionum semper fiat commemoracio de cruce in primis Vesperis videlicet ℟ *Christus resurgens* et in secundis Vesperis ℣ *Dicant nunc Iudei*. Versus in utraque / (f. 41[r]) commemoracione ℣ *Dicite in nacionibus*. Oracio *Deus qui ad eternam vitam* etc. Aliis diebus quibus Ps. *Te deum* non dicitur fit eciam commemoracio de cruce ad Matutinas videlicet Ant. *Crucifixus* etc. et ad Vesperas Ant. *Crucem sanctam subiit* etc. Oracio ut supra.

(401) Item tempore predicto ad Primam sive festorum IX lectionum sive non exceptis festis solempnibus si occurrant istud capitulum dicitur videlicet *Hec dicit dominus*. ℟ *Christe Iesu*. Oracio *Repelle quesumus domine* etc. Cetera ut in officio feriali. Ad horas ut supra in octava Pasche habetur. Item predicto tempore usque ad Trinitatem in omnibus officiis sive horis excepto officio mortuorum *Alleluia* in responsoriis et versiculis dicitur prout in libro habetur. Et predicta *Alleluia* dicantur cum bona advertancia quia plures sunt sacerdotes qui dicunt *Alleluia* in pluribus locis in horis ubi *Alleluia* non habetur.

(402) FERIA II[a] post octavam Pasche ad Matutinas Invit. *Alleluia* ter. Ps. *Venite*. Ymnus *Aurora lucis*. In Nocturno Ant. *Pax vobis*. Ps. *Dominus illuminacio mea. Gloria patri. Ad te domine. Gloria. Afferte domino. Gloria.* ℣ *Quem queris mulier*. Lectiones de Apocalipsi legantur usque ad II[am] feriam tercie ebdomade post octavam Pasche. Et in fine lectionis dicitur *Tu autem*. Responsorium cum aliis ut supra. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* quater super psalmos *Dilexi. Credidi* etc. ut in libro. Cap. *Christus resurrexit*. Ymnus *Chorus nove Ierusalem*. Et in fine *Amen*. Et cantetur simpliciter. Dominicis et festis IX lectionum cantetur solempniter. ℣ *Gavisi sunt*. Ad Magnificat antiphona etc. Commemoracio de cruce etc. Ad Completorium ut supra.

(403) FERIA III[a] in Nocturno psalmos *Dixi custodiam* etc. ut in libro. Cetera ut supra. Ad Vesperas *Alleluia* ter. Ps. *Letatus sum*. Cetera omnia ut supra.

(404) FERIA IIII[a] in Nocturno psalmos *Dixit incipiens. Exaudi deus. Miserere* etc. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* etc. Ps. *Nisi dominus. Beati omnes* etc. ut supra.

(405) FERIA V[a] in Nocturno psalmos *Salvum me fac. Deus in adiutorium. In te domine* etc. ut supra in feria II[a]. Ad Vesperas Ant. *Alleluia* ter. Psalmos *Memento domine* etc. ut supra.

(406) FERIA VI[a] ad Matutinas in Nocturno psalmos *Exultate deo. Deus stetit. Deus quis similis* etc. ut supra in feria III[a]. Ad Vesperas

*Alleluia* quater super psalmos videlicet *Confitebor. Domine probasti* / (f. 41v) etc. ut supra habetur.

(407) SABBATO ad Matutinas in Nocturno psalmos *Cantate. Dominus regnavit. Iubilate.* Cetera ut supra habentur in feria IIII$^{a}$. Lectiones ut supra: Incipit liber Apocalipsi videlicet *Apocalipsis Iesu Christi quam dedit.*

(408) Nota quod si festum habens *Te deum* etc. a sabbato predicto usque ad diem vigilie Ascensionis domini in sabbato evenerit, totum fiat de festo donec ad capitulum et a capitulo de octava Pasche ut in libro habetur. Et fiat commemoracio de cruce prout supra habetur. Si vero festum duplex evenerit in sabbato ut supra etc., totum fiat de festo et commemoracio de octava Pasche de antiphonis que tunc habentur ad Magnificat ut in libro. Et tunc nulla fiat commemoracio de cruce. Item si festum IX lectionum sive duplex in aliqua dominica evenerit ab octava Pasche usque ad Ascensionem, feria II$^{a}$ sequenti celebretur excepto festo Invencionis sancte crucis quia si in dominica evenerit, eadem die celebretur Item de festo duplici in dominica, a Nona festum incipiatur. Item de festo IX lectionum in dominica, a Capitulo incipiatur. Et nulla fiat commemoracio de cruce in eisdem Vesperis neque in die sequenti.

(409) DOMINICA I$^{a}$ POST OCTAVAM PASCHE ad Vesperas ut supra in dominica precedenti. Ad Magnificat Ant. *Multa quidem.* Oracio *Deus qui in filii tui* etc. ut supra in octava Pasche. Ad Matutinas Invit. *Surrexit dominus vere.* Cetera ut in octava Pasche. Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Ego sum pastor bonus* etc. ut supra. Ad Benedictus Ant. *Ego sum pastor* etc. ut supra. Tria responsoria de Pascha. Oracio ut supra. Cetera ut supra in dominica precedenti. Ad Magnificat Ant. *Pastor bonus.* Oracio etc. ut in dominica precedenti. Per istam ebdomadam sequentem de antiphonis sequentibus fiat ad Benedictus et ad Magnificat ut supra de consimilibus habetur, prima Ant. *Mercenarius est.* Alia Ant. *Lupus rapit* etc. ut in libro.

(410) FERIA II$^{a}$ ad Matutinas in Nocturno psalmos *Exultabo te. In te domine speravi. Beati quorum.* Cetera ut in feria II$^{a}$ precedenti. Ad Benedictus antiphona et oracio ut supra.

(411) FERIA III$^{a}$ ad Matutinas in Nocturno psalmos etc. *Quemadmodum. Deus auribus. Eructavit* etc. ut in feria III$^{a}$ precedenti. Ad Benedictus antiphona et oracio ut supra.

(412) FERIA IIII$^{a}$ ad Matutinas psalmos *Miserere mei deus miserere mei. Si vere.* / (f. 42r) *Eripe me* etc. ut in feria IIII$^{a}$ precedenti. Ad Benedictus, ad Magnificat antiphona, oracio etc. ut supra.

(413) FERIA V$^{a}$ ad Matutinas psalmos *Deus iudicium. Quam bonus. Ut quid deus.* Cetera ut in feria V$^{a}$ precedenti. Ad Benedictus, ad Magnificat antiphone et oracio ut supra.

(414) FERIA VI$^{a}$ ad Matutinas psalmos etc. *Quam dilecta. Benedixisti. Inclina domine* etc. ut in feria VI$^{a}$ precedenti. Ad Benedictus, ad Magnificat et oracio ut supra.

(415) SABBATO ad Matutinas psalmos *Misericordia⟨m⟩ et iudicium. Domine exaudi. Benedic anima.* Cetera ut in sabbato precedenti. Ad Benedictus antiphona et ad Magnificat et oracio ut supra.

(416) DOMINICA II$^{a}$ post octavam Pasche ad Magnificat Ant. *Lupus rapit.* Oracio *Deus qui errantibus.* Cetera ut in dominica precedenti. Ad Matutinas evangelium secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Modicum et iam non videbitis.* Responsoria de festo Pasche. Laudes ut in dominica precedenti. Ad Benedictus Ant. *Modicum.* Oracio ut supra. Ad horas ut in dominica precedenti. Ad Magnificat Ant. *Quid est ⟨hoc⟩ quod.* Oracio ut supra. Cetera ut in dominica precedenti. Et quod dictum est de antiphonis precedentibus de Magnificat et Benedictus, hoc idem fiat de istis sequentibus infra istam ebdomadam ad Benedictus et ad Magnificat, prima antiphona videlicet *Amen amen.* Ant. *Tristicia.*

(417) FERIA II$^{a}$ ad Matutinas psalmos *Exultate iusti. Benedicam dominum. Iudica domine.* ℣ *Quem queris.* Cetera ut in feria II$^{a}$ precedenti. Oracio, ad Benedictus et Magnificat ut supra. Hoc idem fiat in sequentibus feriis.

(418) FERIA III$^{a}$ ad Matutinas psalmos *⟨Deus noster refugium⟩. Omnes gentes. Magnus dominus* etc. ℣ *Noli flere.*

(419) FERIA IIII$^{a}$ ad Matutinas psalmos *Deus repulisti. Exaudi deus deprecacionem. Nonne deo.* ℣ *Tulerunt dominum meum.*

(420) FERIA V$^{a}$ psalmos *Confitebimur. Notus in Iudea. Voce mea.* ℣ *Quem queris.*

(421) FERIA VI$^{a}$ ad Matutinas psalmos etc. *Fundamenta. Domine deus salutis. Misericordias domini.*

(422) SABBATO psalmos *Benedic II. Confitemini I. Confitemini II* etc. ut dictum est in feriis precedentibus.

(423) DOMINICA III$^{a}$ POST OCTAVAM PASCHE ad Magnificat Ant. *Iterum autem.* Oracio *Deus qui fidelium mentes.* Cetera ut supra in dominica precedenti. Ad Matutinas evangelium secundum Iohannem / (f. 42$^{v}$) *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Vado ad eum* etc. ut supra in dominica precedenti. Ad Benedictus Ant. *Vado ad eum.* Oracio ut supra. Ad Magnificat Ant. *Vado ad eum.* Oracio ut supra. Cetera ut supra in octava

Pasche habentur. Et quod dictum est de antiphonis de Benedictus et Magnificat hoc idem fiat de istis infra istam ebdomadam, prima Ant. *Ego veritatem dico.* Ant. *Dum venerit.*

(424) FERIA II^a^ ad Matutinas Invit. *Alleluia* ter. Ymnus *Aurora.* In Nocturno Ant. *Pax vobis.* Ps. *Dixit iniustus. Noli emulari. Domine ne II.* ℣ *Quem queris.* Lectiones in officio feriali et in festis trium lectionum usque ad Ascensionem domini, videlicet in diebus quibus evangelium non legitur, legantur epistole canonice que incipiuntur sic: Incipit epistola Iacobi *Iacobus dei et domini nostri Iesu Christi.* Feria II^a^ et V^a^ primum ℟ *Si oblitus fuero.* Secundum ⟨℟⟩ *Viderunt* ⟨te⟩ *aque.* Tercium ℟ *Narrabo nomen tuum.* Ps. *Te deum* non dicitur. ℣ *Surrexit dominus vere.* In Laudibus Ant. *Congnoverunt.* Cap. *Expurgate.* Ymnus *Sermone.* ℣ *Surrexit Christus.* Ad Benedictus antiphona ut supra. Oracio ut supra. Ad horas ut in octava Pasche habetur. Ad Vesperas ut in feria II^a^ precedenti. Ad Magnificat et oracio ut supra, et ad Completorium ut supra.

(425) FERIA III^a^ ad Matutinas invitatorium, ymnus etc. ut supra in feria II^a^ precedenti. Ps. *Audite hec omnes gentes. Deus deorum. Quid gloriaris.* ℣ *Noli flere Maria* etc. Feria III^a^ et VI^a^ primum ℟ *In ecclesiis.* Secundum ⟨℟⟩ *Hymnum cantate.* Tercium ⟨℟⟩ *Deus canticum.* Cetera ut supra in feria II^a^.

(426) FERIA IIII^a^ ad Matutinas invitatorium, ymnus in Nocturno, antiphone ut supra. Psalmi *Deus repulisti. Exaudi deus deprecacionem. Nonne deo subiecta.* ℣ *Tulerunt* etc. Feria IIII^a^ et sabbato primum ℟ *Alleluia audivimus.* Secundum ⟨℟⟩ *Cantate deo.* Tercium ⟨℟⟩ *Bonum est confiteri.* Item ℟ *Dicant nunc Iudei.*

(427) Item nota quod ista duo responsoria videlicet *Bonum est* et ℟ *Dicant nunc* dicantur a⟨l⟩ternative in feria IIII^a^ et sabbato. Et si in predictis feriis responsorium videlicet *Dicant nunc* compleri nequeat, compleatur in una feria ante Ascensionem domini in qua fiet de feria, si compleri poterit et fiat ultimum responsorium. Et non sit cura si aliqua responsoria de predictis remaneant ad complendum causa festi evenientis, quia si / (f. 43^r^) festum *Te deum* habens sive non evenerit a supradicata II^a^ feria usque ad Ascensionem domini, fiat de festo et non de feria etc. Feria IIII^a^ predicta ut supra in feria II^a^ dictum est. Ad Vesperas ut in feria IIII^a^ precedenti.

(428) FERIA V^a^ ut supra in feria II^a^ precedenti. Psalmos *Attendite popule. Deus venerunt gentes. Qui regis Israel.* Cetera ut supra. Ad Vesperas psalmos ferie V^e^. Cetera ut supra.

(429) FERIA VI[a] psalmos *Deus ulcionum. Cantate I. Dominus regnavit exultet terra.* Cetera ut supra in feria III[a].

(430) SABBATO psalmos *Confitemini III. Paratum. Deus laudem.* Cetera ut supra in feria IIII[a] iam dictum est.

(431) DOMINICA IIII[a] POST OCTAVAM PASCHE ad Magnificat Ant. *Ille me clarificabit.* Oracio *Deus a quo bona* etc. ut in dominica precedenti. Ad Matutinas evangelium secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Amen amen* etc. Responsoria diei Pasche. Cetera ut in octava Pasche habentur. Ad Benedictus Ant. *Usque modo.* Oracio ut supra. Cetera ut in dominica precedenti etc. Antiphone sequentes dicantur ad Benedictus et ad Magnificat in istis tribus diebus sequentibus nisi festum qualecumque evenerit et nulla fiat commemoracio de ipsis si aliquod festum evenerit etc., antiphone *Exivi a patre,* alia *Ecce nunc palam.* Oracio ut supra iam dictum est.

(432) FERIA II[a] ad Matutinas invitatorium etc. ut supra in feria II[a] precedenti. Psalmos *Dominus illuminacio. Ad te domine. Afferte domino filii dei.* Lectiones etc. ⟨ut⟩ supra. Ad Benedictus antiphona et oracio ut supra. Ad horas ut in feriis precedentibus.

(433) FERIA III[a] ut supra in feria III[a] precedenti. Psalmos *Dixi custodiam. Expectans. Beatus qui intelligit.* ℣ *Noli flere Maria.* Lectio de evangelio secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Quis vestrum.* Cetera ut supra iam dictum est.

(434) FERIA IIII[a] ad Matutinas psalmos *Dixit incipiens. Exaudi deus. Miserere mei ⟨deus⟩ quoniam conculcavit.* Cetera ut supra in feria IIII[a] et prout in aliis feriis precedentibus habentur usque ad horam None vigilie Ascensionis domini.

(435) Nota quod si aliquod festum sive solempne sive *Te deum* habens in die Ascensionis domini evenerit, ad VI[am] feriam sequentem transferatur. / (f. 43[v]) Et de festo solempni fiat in die Ascensionis post *Benedicamus ⟨domino⟩* [dicto] in secundis Vesperis Ascensionis commemoracio de solempnitate sequenti dicendo *Magnificat* cum antiphona et oracione diei festi pertinentis cum *Benedicamus* solempni. De alio vero festo simplici nulla fiat commemoracio in choro sed bene private, si vero sit duplex fiat commemoracio in choro etc.

(436) Item si in feria VI[a] sequenti fiat officium de aliquo festo ut supra fiant commemoraciones de Ascensione de antiphonis que sunt infra octavam Ascensionis ad Benedictus et ad Magnificat. Et dicitur in Vesperis ℣ *Dominus in Sinai sancto.* Ad Matutinas ℣ *Ascendens Christus*

*in altum*. Oracio *Concede*. Eciam oracio predicta dicatur ad Primam. Sabbato vero sequenti in Laudibus Ascensionis si fiat de Ascensione et ad Vesperas dicitur Ant. *Viri Galiley*. Et ad Vesperas psalmos de Ascensione dicantur. Ceteris vero antiphonis (!) de Laudibus Ascensionis per ordinem dicantur in Laudibus usque ad festum Penthecosten si fiat officium de Ascensione, et reiterantur si necesse fuerit. Et tunc in illa reiteracione in Laudibus Ant. *Viri Galilei* non dicitur sed dicitur Ant. *Cunque intuerentur*. Cetera ut de Ascensione in libro habentur. Et ymni horarum sive Matutinarum et Laudum sive fiat de aliquo festo sive de octavis predictis, cantentur ad cantum ymni *Eterne rex altissime* etc. si cantus conveniat et in fine ymnorum dicitur ℣ *Gloria tibi domine qui scandis*, in illis vero duobus diebus ante festum Penthecosten dicitur ℣ *Gloria tibi domine qui sedes super sydera*, et cantentur ad cantum ferialem. Et non dicitur in illis duobus diebus Ps. *Quicumque* nisi festum *Te deum* habens fuerit. Et ymni tunc cantentur cum cantu predicto solempni causa solempnitatis festi tunc currentis.

(437) Item in die festi Ascensionis, in dominica infra octavas et in octava et in festis IX lectionum de quibus fit officium infra octavas iste ymnus videlicet *Iesu nostra redempcio* cantetur ad cantum ymni *Eterne rex altissime*. Infra octavas vero et in feria VI[a] ante Penthecosten si fiat de dicto officio simpliciter ad cantum suum proprium cantetur.

(438) IN VIGILIA ASCENSIONIS DOMINI ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Eterne rex*. Ultimus ℣ / (f. 44[r]) *Gloria tibi domine qui scandis*. Ant. *Dominus in celo*. Cap. *Accipietis virtutem*. ℟ *Ascendit deus in iubilacione* cum *Alleluia* ut in libro. Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut illuc*. Ad Vesperas antiphona, super psalmos etc. vocatos lez (!) *Laudate, Alleluia* quater. Cap. *Fratres unicuique*. ℟ *Pater cum essem* etc. Ymnus *Festum nunc celebre*. ℣ *Dominus in Synay sancto* cum *Alleluia*. Ad Magnificat ante et post Ant. *Pater manifestavi* etc. Oracio ut supra. Ad Completorium ymnus *Iesu nostra redempcio*. Cap. *Elevatus est sol*. ℣ *Custodi nos*. Ad Nunc dimittis Ant. *Alleluia ascendens Christus in*. Oracio ut supra.

(439) IN DIE ASCENSIONIS DOMINI ad Matutinas Invit. *Alleluia Christum ascendentem*. Ymnus *Eterne rex*. In Nocturno Ant. *Elevata est*. Ps. *Domine dominus noster*. Ant. *Dominus in templo*. Ps. *In domino confido*. Ant. *A summo celo*. Ps. *Celi enarrant*. ℣ *Exaltare domine*. Lectio sancti evangelii secundum Marcum *In illo tempore Reconbentibus undecim*. Primum ℟ *Post passionem*. Secundum ⟨℟⟩ *Omnis pulcritudo*. Tercium

⟨℟⟩ *Ite in orbem* etc. Ps. *Te deum laudamus.* ℣ *Ascendens Christus in altum.* In Laudibus Ant. *Viri Galiley.* Ps. *Dominus regnavit* etc. ut in libro. Cap. *Primum quidem sermonem.* Ymnus *Tu Christe nostrum gaudium.* ℣ *Dominus in celo.* Ad Benedictus antiphona ante et post *Ascendo ad patrem.* Oracio *Concede quesumus.* Ad horas ymni cantentur ut supra dictum est. Post psalmos dicitur *Alleluia.* ℣ *Alleluia deus in iubilacione.* Oracio ut supra.

(440) Item notandum est quod ecclesia cathedralis dicit ad Nonam post ℣ *Ascendit deus* ℣ *Ascendit Christus, Viri Galiley* et Ant. *O rex glorie.* Oracio ut supra.

(441) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos *Dixit dominus. Confitebor* etc. Post sequitur *Alleluia.* ℣ *Dominus in Synay.* Prosa *Deus maris.*

(442) Ad Magnificat ante et post Ant. *Hodie secreta.* Alia Ant. *O rex glorie.* Altera istarum antiphonarum dicatur in die et alia in octava. Oracio et ad Completorium ut supra. Et dicitur ad Completorium ista oracio videlicet *Deus cuius filius in alta polorum* etc. Et dicitur istud Completorium usque ad festum Penthecosten sive fuerit festum sive non, excepto festo Dedicacionis si infra istas octavas evenerit. Et nulla fiat commemoracio de cruce donec ad feriam VI^am^ post octavam Eucharistie.

(443) FERIA VI^a^ ad Matutinas invitatorium, ymnus ut supra. In Nocturno Ant. *Exaltare.* Ps. *Domine in virtute.* Ant. *Exaltabo.* Ps. ipsum. Ant. *Ascendit.* Ps. *Omnes gentes.* ℣ *Ascendo ad patrem.* / (f. 44^v^) Actus apostolorum legitur (!) usque ad festum Penthecosten etc., exceptis festis IX lectionum et incipiuntur sic *Primum quidem sermonem* etc. Primum ℟ *Exaltare.* Secundum ⟨℟⟩ *Ascendens in altum.* Tercium ⟨℟⟩ *Non turbetur* etc. Ps. *Te deum* dicitur. ℣ *Ascendens Christus in altum.* In Laudibus Ant. *Viri Galiley.* Ps. *Dominus regnavit* cum aliis psalmis. Et dicantur antiphone predicte infra octavam ut supra in regula de ipsis antiphonis habetur. Cap. *Primum quidem.* Ymnus *Tu Christe nostrum.* ℣ *Dominus in celo.* Ad Benedictus Ant. *Dominus quidem Iesus.* Oracio *Concede.*

(444) Ad Primam Ant. *Euntes in mundum.* Cap. *Christus qui descendit.* ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia.* ℣ *Qui scandis supra sydera.* Oracio *Concede.* Et si festum non solempne celebretur ad Primam antiphona de festo. Cetera ut supra ad Primam tantum.

(445) Ad Terciam Ant. *Non turbetur.* Cap. *Et convescens precepit.* ℟ *Exaltare domine* etc. ut in libro. Item oraciones sequentes dicantur ad Terciam, Sextam et Nonam infra octavas et in dominica si contingat

et dicantur per ordinem ⟨et⟩ cum cera in libro signentur. Prima oracio *Adesto domine supplicacionibus.* Secunda ⟨oracio⟩ *Da quesumus omnipotens deus illuc subsequi.* Tercia oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut nostre.* Quarta oracio *Tribue quesumus omnipotens deus.*

(446) Ad ⟨Sextam⟩ [Nonam] Ant. *Ascendit in celos.* Cap. *Iohannes quidem baptizavit.* ℟ *Ascendo ad patrem.* Oracio ut supra.

(447) Ad Nonam Ant. *Dominus in celo.* Cap. *Accipietis virtutem.* ℟ *Ascendit deus in iubilacione.* Oracio ut supra.

(448) Ad Vesperas Ant. *Viri Galiley* super psalmos *Dixit dominus. Confitebor* etc. Ymnus *Festum nunc celebre.* ℣ *Dominus in Synay.* Ad Magnificat Ant. *Domine si in tempore.* Oracio *Concede.* Ad Completorium ut supra.

(449) Et si in isto sabbato sequenti festum IX lectionum evenerit, totum fiat de festo et commemoracio de Ascensione de antiphona que tunc habetur ad Magnificat.

(450) SABBATO ad Matutinas invitatorium, ymnus ut supra. In Nocturno Ant. *Exaltare.* Super Ps. *Miserere.* Ant. *Nimis exaltatus.* Ps. *Dominus regnavit exultet terra.* Ant. *Dominus in Syon.* Ps. *Dominus regnavit irascantur.* ℣ *Ascendens Christus.* Lectiones ut supra. Primum ℟ *Ponis nubem.* Secundum ⟨℟⟩ *Tempus est.* ℣ *Pacem relinquo.* Item ℣ *Nisi ego.* Et dicantur per ordinem. Tercium ℟ *Non turbetur.* Ps. *Te deum.* ℣ *Ascendens Christus.* In Laudibus Ant. *Cunque intuerentur in celum.* / (f. 45ʳ) Capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Sic veniet.* Oracio *Concede quesumus* etc. Cetera per horas ut in feria VIª supradicta. Ad Magnificat Ant. *Ponis nubem.* Cetera ut supra. Et nulla fiat commemoracio de dominica in istis Vesperis. Ad Completorium ut supra.

(451) DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS DOMINI ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi, versi, responsoria ut in die. Evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Cum venerit* etc. Ps. *Te Deum.* ℣ *Ascendens Christus in altum.* In Laudibus Ant. *Elevatis manibus* super psalmos ut supra. Capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Nisi ego abiero.* Oracio *Concede.* Commemoracio de dominica. Ant. *Dum venerit.* ℣ *Ascendens Christus in altum.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus fac.* Cetera ut supra infra octavas habentur. Ad Magnificat Ant. *Rogabo patrem.* Oracio *Concede.* Commemoracio de dominica Ant. *Dum venerit.* Versus, oracio et ad Completorium ut supra.

(452) FERIA IIª ut supra in dominica habetur. Lectiones de Actuum apostolorum ut iam dictum est. In Laudibus Ant. *Exaltare.* Ad Benedic-

tus Ant. *Pacem meam.* Ad Magnificat Ant. *Vado parare.* Cetera ut supra in feria VI^a^ precedenti.

(453) FERIA III^a^ in Laudibus Ant. *Videntibus illis* etc. Cetera ut supra in feria VI^a^.

(454) Item nota quod si festum IX lectionum in ista feria IIII^a^ evenerit, totum fiat de festo donec ad capitulum et a capitulo de octava Ascensionis et commemoracio de festo. Eciam si aliquod festum proprii oratorii in die octava Ascensionis proprie evenerit, eadem die celebretur. Et in secundis Vesperis sancti fiat tantummodo commemoracio de octava Ascensionis de Ant. *Pater manifestavi.* ℣ *Dominus in Synay.* Oracio *Concede.* Et in feria VI^a^ sequenti fiat de octava Ascensionis domini ut in octava habetur.

(455) FERIA IIII^a^ in Laudibus Ant. *Cunque intuerentur.* Cetera ut supra in sabbato habentur. Ad Vesperas Ant. *Viri Galiley.* Psalmos ut supra. Cap. *Unicuique vestrum.* Ymnus *Festum nunc celebre.* ℣ *Dominus in Sinay.* Ad Magnificat Ant. *Pater manifestavi.* Oracio *Concede.* Ad Completorium ut supra.

(456) IN OCTAVA ⟨ASCENSIONIS⟩ ad Matutinas Sermo beati Leonis pape *Sacramentum dilectissimi* etc. ut in die. Ad horas ut supra infra octavas. Oracio ad omnes horas preter Completorium *Concede.* Item si in istis duobus diebus sequentibus festum trium lectionum evenerit, fiat de festo et nulla commemoracio de Ascensione nisi prout ad Primam et / (f. 45^v^) Completorium ut infra octavas habetur.

(457) FERIA VI^a^ ad Matutinas Invit. *Alleluia Christum ascendentem.* Ymnus *Eterne rex.* Cetera ut in feria VI^a^ precedenti dictum est. Psalmus videlicet *Te deum* non dicitur. In Laudibus Ant. *Elevatis.* Cap. *Primum quidem.* Ymnus *Tu Christe.* ℣ *Dominus in celo.* Ad Benedictus Ant. *Ponis nubem.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus* et dicitur ad omnes horas preter Primam et Completorium. Ad Primam oracio *Concede.* Cetera ad horas ut supra infra octavas etc. Et ymni horarum in officio feriali sive in festis in quibus psalmus videlicet *Te deum* non dicitur, ad cantum ferialem cantentur. Et in responsorio videlicet *Christe Iesu* [dicitur] loco *Qui scandis* dicitur *sedes super sidera.* Ad Vesperas Ant. *Viri Galiley.* Psalmos ut supra. Cap. *Videntibus illis.* Ymnus *Festum nunc celebre.* Versiculus *Dominus in Synai sancto.* Ad Magnificat Ant. *Nisi ego.* Oracio de dominica. Ad Completorium ut supra.

(458) SABBATO IN VIGILIA PENTHECOSTEN ad Matutinas invitatorium, ymnus, in Nocturno antiphone, psalmi, lectiones, responsoria ut supra in sabbato precedenti. Ps. *Te deum* (getilgt). ℣ *Ascendens Christus in.*

In Laudibus Ant. *Exaltate regem.* Capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Rogabo patrem.* Cetera ut supra in feria VIª precedenti usque ad Nonam.

(459) Item sciendum est quod si festum duplex vel IX lectionum a festo Penthecosten usque ad Trinitatem inclusive evenerit, feria IIIª post Trinitatem celebretur et non in feria IIª propter commemoracionem defunctorum. Si vero festum trium lectionum in eadem IIª feria evenerit, fiat de festo non obstante dicte commemoracionis defunctorum.

(460) Item si infra octavas Penthecosten festum trium lectionum evenerit, fiat commemoracio in choro de ipso festo etc. Item si festum proprii oratorii alicuius ecclesie ut festum sancti Panchracii infra ebdomadam Penthecosten evenerit, missa tamen de sancto die qua venerit cantetur et officium horarum ut supra transferatur. Et infra octavas Eucharistie de octava sancti fiat sola commemoracio. In octava vero sancti fiat de ipso proprio oratore (!) ut in die, excepto quod antiphone de Benedictus et Magnificat non duplicantur. Ad Primam oracio de Eucharistia dicitur. Item ad Matutinas et ad Vesperas fiat commemoracio de Eucharistia. Cetera ut dictum est de festis contingentibus infra octavas Eucharistie.

(461) Item in VIGILIA PENTHECOSTEN ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Iam Christus astra.* Ultimus ℣ *Gloria tibi domine qui sedes super sidera.* Ad Nonam Ant. *Spiritus qui a patre.* Cap. *Apparuerunt.* ℟ *Emitte spiritum* cum *Alleluia* etc. Oracio *Presta quesumus omnipotens deus ut claritatis.* Ad Vesperas Ant. *Alleluia* quater/ (f. 46ʳ) super psalmos etc. *Laudate.* Cap. *Loquente Petro.* ℟ *Ultimo festivitatis.* Ymnus *Iam Christus astra ascenderat.* Et dicitur totus ymnus in istis Vesperis sine divisione. ℣ *Loquebantur variis.* Ad Magnificat antiphona ante et post *Non vos relinquam.* Oracio ut supra. Ad Completorium ymnus *Beata nobis gaudia.* Cap. *Karitas dei.* ℣ *Custodi nos.* Ad Nunc dimittis Ant. ⟨*Alleluia*⟩ *Veni sancte spiritus.* Oracio *Sancti spiritus domine corda nostra.* Et sic non mutetur istud Completorium per istam ebdomadam sequentem.

(462) IN DIE PENTHECOSTEN ad Matutinas Invit. etc. *Alleluia spiritus domini.* ⟨Ps.⟩ [℣] *Venite.* Ymnus *Iam Christus astra* usque *Ex omni gente.* Et in fine cuiuslibet partis dicitur versus videlicet *Sit laus patri cum.*

(463) In Nocturno Ant. *Factus est repente.* Ps. *Mangnus dominus.* Ant. *Confirma hoc.* Ps. *Exurgat deus.* Ant. *Emitte.* Ps. *Benedic anima mea II.* ℣ *Confirma hoc.* Evangelium secundum Iohannem etc. *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Si quis diligit me.* Primum ℟ *Dum com-*

*plerentur*. Secundum ℞ *Repleti sunt omnes*. Tercium ℞ *Apparuerunt* etc. Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Spiritus domini*. In Laudibus Ant. *Dum comple[e]rentur dies penthecostes*. Ymnus *Ex omni gente*. ℣ *Spiritus domini*. Ad Benedictus antiphona ante et post *Accipite spiritum sanctum*. Oracio *Deus qui hodierna die corda fidelium*. Et dicitur ad omnes horas preter Completorium.

(464) Ad Primam ymnus *Iam lucis* cum cantu ymni *Iam Christus* etc. Ad alias horas preter Vesperas et Completorium ymnus *Veni creator*. Ad horas *Alleluia Emitte spiritum*. Oracio ut supra. Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos etc. *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. In exitu*. Post sequitur *Alleluia Veni sancte spiritus*. Prosa *Ergo nos supplicantes*. Ad Magnificat antiphona ante et post *Hodie completi sunt*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(465) FERIA II[a] ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi, versiculi ut in die. Lectio sancti evangelii secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Sic deus dilexit*. Item ad omnes horas preter Primam et Completorium oracio *Deus qui apostolis tuis*. Ad horas exceptis Vesperis et Completorio per totam ebdomadam dicitur ymnus *Veni creator*. Ad horas *Alleluia*. ℣ *Emitte*. Ad Primam oracio per totam ebdomadam *Deus qui hodierna die*. Ad alias horas / (f. 46[v]) oracio ferie currentis preter Completorium. Ad Vesperas Ant. *Dum complerentur* super psalmos diei. Post sequitur *Alleluia Paraclitus spiritus*. Prosa *Ergo nos*. Ad Magnificat Ant. *Non enim misit*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(466) FERIA III[a] ut supra in feria II[a]. Lectio sancti evangelii secundum Iohannem *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Amen amen dico vobis qui non intrat*. Primum ℞ *Disciplinam*. Secundum ℞ *Spiritus sanctus*. Tercium ℞ *Facta autem*. Ps. *Te deum laudamus*. ℣ *Loquebantur*. In Laudibus Ant. *Spiritus domini* super psalmos de Laudibus. Capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Amen amen*. Oracio *Assit nobis quesumus domine*. Cetera ut supra. Ad Vesperas antiphone et psalmos (!) ut supra. Post sequitur *Alleluia*. ℣ *Verbo domini*. Prosa *Ergo nos*. Ad Magnificat Ant. *Ego sum hostium*. Oracio istius ferie. Ad Completorium ut supra.

(467) FERIA IIII[a] ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi, versiculi ut supra. Evangelium secundum Iohannem *Dixit Iesus discipulis suis Nemo potest venire ad me* etc. Responsoria, versus, Ps. *Te deum*, versus Laudum ut in die. In Laudibus Ant. *Repleti sunt*. Cetera ut supra. Ad Benedictus Ant. *Nemo potest*. Oracio *Mentes nostras*.

Cetera ut supra. Ad horas ut dictum est. Ad Vesperas antiphone, psalmi ut supra. Post sequitur *Alleluia Spiritus domini*. Prosa *Ergo nos*. Ad Magnificat Ant. *Ego sum*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(468) FERIA V^a^ ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone, psalmi versiculi ut supra. Lectio sancti evangelii secundum Lucam *In illo tempore Convocatis Iesus*. Responsorium ut supra in feria II^a^. Ps. *Te deum*. ℣ *Spiritus domini*. In Laudibus Ant. *Fontes et omnia*. Capitulum, ymnus, versus ut supra. Ad Benedictus Ant. *Convocatis Iesus*. Oracio *Deus qui corda fidelium* et dicitur hec oracio ad omnes horas preter Primam et Completorium.

(469) Ad Primam ymnus *Veni creator spiritus*. Ant. *Ultimo festivitatis*. Cap. *Spiritus domini*. ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia* etc. ut in libro. Oracio *Deus qui hodierna die*.

(470) Ad Tertiam ymnus ut supra. Ant. *Spiritus paraclitus* etc. Cap. *Apparuerunt*. ℟ *Verbo domini* etc. ut in libro. Oracio ut supra iam dictum est.

(471) Ad Sextam ymnus ut supra. Ant. *Verba que ego*. Cap. *In hoc scimus*. ℟ *Confirma hoc deus* cum *Alleluia*. Oracio ut supra.

(472) Ad Nonam ymnus ut supra. Ant. *Spiritus qui a patre*. Cap. *Apparuerunt*. ℟ *Emitte spiritum tuum*. Oracio ut supra.

(473) Ad Vesperas Ant. *Dum conplerentur*. Psalmos ut supra. Cap. *Et factus est repente*. Ymnus *Iam Christus astra*. ℣ *Loquebantur*. Ad Magnificat Ant. *Egressi duodecim*. Oracio *Deus qui corda*. Ad Completorium ut supra.

(474) FERIA VI^a^ ad Matutinas ut supra in feria III^a^. Evangelium / (f. 47^r^) secundum Lucam *In illo tempore Factum est*. In Laudibus Ant. *Loquebantur* etc. ut supra. Ad Benedictus Ant. *Factum est*. Oracio *Da ecclesie tue*. Ad horas ut supra in feria V^a^ cum oracionibus ut supra videlicet tam de die quam de feria ut sepe iam dictum est supra. Ad Magnificat Ant. *Sciatis quod Iesus*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(475) SABBATO ad Matutinas ut in die Penthecosten Evangelium secundum Lucam *In illo tempore Surgens Iesus* etc. In Laudibus ℣ *Emitte spiritum*. Cetera ut supra. Ad Benedictus Ant. *Cum sol autem*. Oracio *Mentes nostras*. Ad horas usque ad Vesperas ut supra in feria V^a^ excepto quod responsorium hore None a duobus pueris dicitur et non fit Nona de Trinitate quamvis festum Trinitatis sit plus quam duplex.

(476) Sciendum est quod festum Trinitatis incipit in Vesperis ut in libro habetur. Et oracio videlicet *Omnipotens sempiterne Deus* dicitur ad omnes horas in die Trinitatis et per ebdomadam quamdiu fiet officium de Trinitate preter Primam et Completorium. Et sic fiat de

aliis oracionibus dominicalibus usque ad Adventum domini in officio dominicali sive feriali nisi aliud obstet. Et in die Trinitatis et eciam in tribus diebus sequentibus nulla fiat commemoracio de cruce ad Matutinas et ad Vesperas.

(477) Feria II$^{a}$, III$^{a}$ et IIII$^{a}$ post Trinitatem fiat de Trinitate usque ad Nonam vigilie festi Eucharistie ut in libro habetur nisi festum evenerit. Quia si in illis tribus diebus supradictis evenerit, Vespere fiant de Trinitate usque ad capitulum prout de Trinitate infra ebdomadam in Vesperis habentur. Et a capitulo totum fiat de festo. Et nulla fiat commemoracio de Trinitate. Si vero festum solempne sicut festum sancti Iohannis baptiste in illis tribus diebus evenerit, totum fiat de sancto ut in festo eiusdem habetur. Item in illis tribus diebus supradictis sive fiat de Trinitate sive de alio festo IX lectionum neuma cum parvis precibus dicantur. Et ymni horarum cantentur tam in officio Trinitatis videlicet in illis tribus diebus supradictis quam in festis trium lectionum in ipsis diebus contingentibus ad cantum ferialem.

(478) Et nota quod *Gloria patri* in responsoriis diei Trinitatis non dicuntur prout in quibusdam libris habentur in responsoriis Trinitatis nisi in tribus videlicet in tercio, sexto et nono responsorio. Illis vero diebus quibus responsorium Trinitatis dicitur videlicet ad Vesperas et ad Matutinas prout declarabitur cum *Gloria patri* dica[n]tur etc. / (f. 47$^{v}$)

(479) IN FESTO TRINITATIS ad Vesperas Ant. *Gloria tibi Trinitas.* Ps. *Benedictus.* Ant. *Laux et.* Ps. *E⟨x⟩altabo.* Ant. *Gloria laudis.* Ps. *Lauda anima mea.* Ant. *Laus deo.* Ps. *Laudate dominum quoniam.* Ant. *Ex quo omnia.* Ps. *Lauda Ierusalem.* Cap. *Gracia domini nostri Iesu Christi.* ℟ *Honor virtus.* Ymnus *O lux beata.* ℣ *Benedictus es domine.* Ad Magnificat Ant. *Gracias tibi deus.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui dedisti.* Ad Completorium ut in prima dominica post octavam Epyphanie habetur exceptis precibus.

(480) Ad Matutinas Invit. *Deum verum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Nocte surgentes.*

(481) In primo Nocturno Ant. *Adesto deus.* Ps. *Domine dominus noster.* Ant. *Te unum.* Ps. *Celi enarrant.* Ant. *Te semper.* Ps. *Domini est terra.* ℣ *Verbo domini.* In primis lectionibus Sermo beati Augustini episcopi videlicet *Credimus sanctam Trinitatem.* In tribus ultimis lectionibus evangelium secundum Iohannem *In illo tempore Erat homo ex phariseis.* Primum ℟ *Benedicat nos deus.* Secundum ⟨℟⟩ *Benedictus dominus.* Tercium ⟨℟⟩ *Quis deus magnus.*

(482) In II° Nocturno Ant. *Te invocamus.* Ps. *Omnes gentes.* Ant. *Spes mea.* Ps. *Mangnus Dominus.* Ant. *Libera nos.* Ps. *Deus iudicium.* Quartum ℟ *Mangnus dominus.* Quintum ⟨℟⟩ *Gloria patri.* Sextum ⟨℟⟩ *Honor virtus* etc.

(483) In III° Nocturno Ant. *Karitas.* Ps. *Cantate I.* Ant. *Verax.* Ps. *Dominus regnavit.* Ant. *Una igitur.* ⟨Ps. *Dominus regnavit II*⟩. Septimum ℟ *Summe Trinitati.* Octavum ℟ *Benedicamus patrem.* Nonum ⟨℟⟩ *Tibi laus* etc. Ps. *Te deum.* Versiculus *Excelsus super omnes gentes.*

(484) In Laudibus Ant. *O beata et benedicta.* ℣ *Tibi laux.* Psalmo finito, primo dicatur versus quam antiphona. Et sic fiat de aliis consimilibus. Ps. *Dominus regnavit* etc. ut in libro. Cap. *Tres sunt qui.* Ymnus *Ecce iam noctis.* ℣ *Sit nomen domini.* Ad Benedictus Ant. *Benedicta sit creatrix.* Oracio ut supra.

(485) Ad horas ymni cantentur ad cantum suum proprium prout habentur in prima dominica post octavam Epyphanie.

(486) Ad Primam antiphona prima de Laudibus. Cap. *Regi autem seculorum.* ℟ *Christe Iesu. Qui sedes.* ℣ *Exsurge Christe.* Oracio *Domine deus pater omnipotens nos famulos* etc., ut *Exultabunt* semper dicitur.

(487) Ad Terciam ymnus *Nunc sancte ⟨nobis⟩ spiritus.* / (f. 48ʳ) Antiphona secunda de Laudibus. Cap. *Quisquis confessus.* ℟ *Verbo domini* etc. Oracio ut supra ad Matutinas.

(488) Ad Sextam antiphona tercia de Laudibus. Cap. *O altitudo diviciarum.* ℟ *Benedicamus patrem* etc. ut supra. Oracio ut supra.

(489) Ad Nonam Ant. *Te iure laudant.* Cap. *Benedictus deus.* ℟ *Benedictus es domine* etc. Oracio ut supra.

(490) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus, sine versiculis, super psalmos *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. In exitu.* Cap. *Tres sunt.* ℟ *Deum time.* Ymnus *Lucis creator optime.* ℣ *Sit nomen domini.* Ad Magnificat Ant. *Te deum patrem.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(491) Feria IIª, IIIª et IIIIª ad Matutinas, si fiat de Trinitate officium Invit. *Deum verum.* Ps. *Venite.* Ymnus non dicitur. Antiphone, psalmi ut in die. Versiculus in IIª feria *Verbo domini.* Lectiones a diebus supradictis usque ad kalendas augusti tam diebus supradictis quam dominicis et festis trium lectionum, et eciam diebus quibus non fit festum novem lectionum neque octava solempnis. Et sic legitur de libris Regum qui incipiuntur sic *Fuit vir unus.* Et si tempus sit breve, legatur Paralipominum.

(492) FERIA II<sup>a</sup> predicta ad Matutinas tria prima responsoria de Trinitate.

(493) FERIA III[a] dicitur versus secundi Nocturni cum tribus responsoriis eiusdem Nocturni.

(494) FERIA IIII[a] versus tercii Nocturni cum tribus responsoriis eiusdem. Ps. videlicet *Te deum* non dicitur. ℣ *Excelsus super omnes gentes.* In Laudibus antiphona die prima qua fiet de isto officio in feriis supradictis antiphona prima de Laudibus dicitur.

(495) Et in alia feria sive III[a] sive IIII[a] secundum quod necesse fuerit dicatur secunda antiphona de Laudibus. Et dicantur sic per ordinem. Et illa antiphona que in Laudibus dicta fuerit, per horas non dicatur. Cap. *Tres sunt.* Ymnus non dicitur. ℣ *Sit nomen domini.* Ad Benedictus Ant. *Benedicta sit.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus.* Ad horas ymni cantentur ad cantum ferialem. Antiphone de Laudibus ut supra iam dictum est. Capitula, responsoria cum versiculis ut in die habentur. Oracio diei. Ad Primam Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu* etc. cum cantu feriali. Parve preces. Oracio *Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui nos ad principium.* Ad Vesperas antiphona prima de Laudibus super psalmos de dominica. Cap. *Tres sunt.* Ymnus non dicitur. ℣ *Sit nomen domini.* Ad Magnificat Ant. *Gloria tibi trinitas.* Oracio diei. Et dicantur ille antiphone / (f. 48[v]) per ordinem si de Trinitate fiat officium. Ad Completorium ymnus *Te lucis.* Cetera cum parvis precibus ut supra habentur ad Completorium.

(496) Notandum est quod si festum beati Barnabe apostoli, de quo facimus IX lectiones, feria VI[a] post festum Eucharistie evenerit, eadem die celebretur. Et fiat private commemoracio tantum de ipso in suis primis Vesperis. Et in omnibus horis ymni cantentur ad cantum ymni *Eterne rex altissime* si cantus conveniat, excepto ⟨cantu⟩ ymni Completorii. Et dicitur in omnibus ymnis in ultimo versu *Gloria tibi domine qui natus est de virgine cum patre et sancto flamine nunc et semper sine fine.* Et fiant commemoraciones de Eucharistia de antiphonis de Laudibus Eucharistie. Ad horas responsoria cum *Alleluia* dicantur prout in octava Nativitatis domini de consimilibus habetur.

(497) Ad Primam capitulum, responsorium, versus cum oracione ut infra octavas Eucharistie habentur. Et sic fiat de consimilibus festis infra octavas predictas contentis.

(498) Item notandum quod si festum sancti Iohannis baptiste in die festi Eucharistie evenerit, feria VI[a] sequenti celebretur. Et in primis Vesperis sancti Iohannis in regressu processionis, vel ante videlicet illi

qui non faciunt processionem, dicitur Ps. *Magnificat* cum Ant. *Ingresso Zacharia* Post sequitur sine versiculo oracio *Quesumus omnipotens deus* etc. Completoria dicuntur ut in solempnitate Eucharistie habentur. Et in octava sancti Iohannis in primis Vesperis fiat commemoracio de sancto Iohanne de antiphona videlicet *Pro eo.* ℣ *Fuit homo.* Oracio *Deus qui nos annua.* Item in eadem feria VI^a^ predicta in commemoracione Eucharistie Ant. *Sapiencia.* ℣ *Posuit fines.* Oracio *Deus qui nobis sub* etc.

(499) Ad Primam Oracio *Deus qui nobis.* Ad Vesperas commemoracio Ant. *Angelorum esca.* ℣ *Panem de celo.* Oracio et ad Completorium ut supra. Cetera ut in die sancti Iohannis tunc habentur. Et ymni horarum cum cantu et ℣ *Gloria tibi domine* dicantur. Et infra octavas Eucharistie fiat commemoracio de octava beati Iohannis de antiphona de Laudibus etc.

(500) Si aliquod festum evenerit, hoc idem fiat de consimilibus si necesse fuerit, quia de similibus simile est iudicium. Si vero festum predictum in sabbato post festum Eucharistie evenerit, a Nona totum fiat de sancto Iohanne et responsorium in dicta Nona videlicet *Mangna est gloria* dicitur cum *Alleluia.* Et ad Vesperas fiat commemoracio de Eucharistia prout iam supra dictum est. Et in / (f. 49^r^) secundis Vesperis sancti Iohannis fiat commemoracio de dominica videlicet de Ant. *Loquere.* ℣ *Vespertina.* Oracio *Deus in te speranciam.* Ad Completorium ut supra. Ad Matutinas ut in dominica infra octavas Eucharistie habetur. In Laudibus Ant. *Pinguis est panis Christi.* Et fiat commemoracio de sancto Iohanne de Ant. *Elizabeth.* ℣ *Fuit homo.* Oracio *Deus qui presentem diem.* Alia commemoracio de dominica ut in predicta dominica habetur. Ad Primam Ant. *Sapiencia.* Cetera ut infra octavas habentur. Ad Vesperas Ant. *Sapiencia.* Psalmos de Eucharistia. Capitulum fiat de sanctis Iohannis et Pauli. Post primam oracionem sequentem primo fiat commemoracio de Eucharistia de Ant. *Angelorum.* Alia de sancto Iohanne de Ant. *Innuebant patri.* Alia commemoracio de dominica de Ant. *Elevans.* Versiculi ut in Vesperis habentur et in fine versiculorum cum *Alleluia* dicuntur cum oracionibus suis ut supra. Ad Completorium ut in Eucharistia.

(501) In die sanctorum Iohannis et Pauli ad Matutinas commemoracio Ant. *Pinguis* Alia commemoratio *Iohannes vocabitur.* Ad Primam oracio *Deus qui nobis sub sacramento.* Cetera ut in die sanctorum habentur. Ad Vesperas commemoracio de Eucharistia Ant. *Sacerdotes.* Alia de sancto Iohanne Ant. *Iohannes est nomen eius.* Cetera ut supra de festis contingentibus infra octavas habentur.

(502) IN SOLEMPNITATE CORPORIS CHRISTI ad Nonam ymnus *Rerum deus* cum cantu ymni *Eterne rex*. Ultimus versus *Gloria tibi domine* ut supra dictum est. Ant. *Vincenti dabo* quere infra octavas ad Nonam. Oracio *Deus qui nobis*. Ad Vesperas Ant. *Sacerdos*. Ps. *Dixit dominus*. Ant. *Miserator*. Ps. *Confitebor* etc. ut in libro habetur. Cap. *Dominus Iesus*. ℟ *Homo quidam*. Ymnus *Pange lingua*. ℣ *Panem de celo*. Ad Magnificat antiphona ante et post *O quam suavis*. Oracio *Deus qui nobis. Per dominum. Benedicamus* cum *Alleluia* etc. Ad Completorium ymnus *Ad cenam pascha angni*. Cap. *Iesus Christus traditus est*. ℣ *Custodi nos*. Ad Nunc dimittis Ant. *Alleluia. Verbum caro*. Oracio *Deus qui nobis sub sacramento* etc.

(503) In die ad Matutinas Invit. *Christum regem*. Ps. *Venite*. Ymnus *Sacris solempniis*.

(504) In Iº Nocturno Ant. *Fructum salutiferum*. Ps. *Beatus vir*. Ant. *A fructu*. Ps. *Cum invocarem*. Ant. *Communione*. Ps. *Conserva*. ℣ *Panem celi dedit*. Legenda *Inmensa divine largitatis*. Primum ℟ *Inmolabit edum*. Secundum ⟨℟⟩ *Commedetis*. Tercium ⟨℟⟩ *Respexit*. / (f. 49$^{v}$)

(505) In IIº Nocturno Ant. *Memor sit*. Ps. *Exaudiat te*. Ant. *Paratur nobis*. Ps. *Dominus regit*. Ant. *In voce*. Ps. *Quemadmodum*. Quartum ℟ *Panis*. Quintum ⟨℟⟩ *Cenantibus*. Sextum ⟨℟⟩ *Accepit Iesus*.

(506) In IIIº Nocturno Ant. *Introibo*. Ps. *Iudica me*. Ant. *Cibavit nos*. Ps. *Exultate*. Ant. *Ex altari tuo*. Ps. *Quam dilecta*. ℣ *Educas panem*. Lectio sancti evangelii secundum Iohannem *In illo tempore Caro mea vere est cibus*. Septimum ℟ *Qui manducat*. Octavum ⟨℟⟩ *Misit me pater*. Nonum ⟨℟⟩ *Unus panis*. Ps. *Te deum*. ℣ *Panem de celo*.

(507) In Laudibus Ant. *Sapiencia edificavit*. Ps. *Dominus regnavit* cum aliis. Cap. *Dominus Iesus in qua*. Ymnus *Verbum supernum*. ℣ *Posuit fines*. Ad Benedictus antiphona ante et post *Ego sum panis*. Oracio ut supra. Ad horas loco antiphone post psalmos dicitur *Alleluia*. ℣ *Panis quem ego dabo*. Oracio ut supra.

(508) Ad Vesperas omnes antiphone de Laudibus super psalmos *Dixit dominus. Confitebor. Crededi. Beati omnes. Lauda Ierusalem*. Post sequitur *Alleluia*. ℣ *Caro mea*. Prosa *Ecce panis angelorum*. Ad Magnificat antiphona ante et post *O sacrum convivium*. Oracio et ad Completorium ut supra.

(509) Et quando infra octavas fit de octava Eucharistie ad Magnificat dicantur antiphone videlicet *O sacrum* et Ant. *O quam suavis* alternatis vicibus, et cum bona advertancia dicantur etc.

(510) Infra octavas Eucharistie ad Matutinas invitatorium, ymnus, antiphone et psalmi, versiculi ut in Matutinis diei. Lectiones de legenda iam dicta in Matutinis diei quam beatus Thomas de Aquino composuit. Responsoria diei cum versiculis ante lectiones dicantur prout supra de consimilibus habentur. Post sequitur Ps. *Te deum.* Versiculus *Panem de celo.* In Laudibus sola antiphona de Laudibus diei super psalmos ipsorum Laudum, et dicantur per ordinem. E⟨t⟩ illa que in Laudibus dicta fuerit per horas non dicatur. Capitulum ad Matutinas *Dominus Iesus.* Ymnus, versus, ad Benedictus antiphona ut in die. Ad horas antiphone de Laudibus dicantur ut supra habentur.

(511) Ad Primam Cap. *Omnis enim homo.* ℟ *Christe Iesu* cum *Alleluia.* ℣ *Qui natus est de virgine* etc. Oracio ut supra.

(512) Ad Terciam Cap. *Accepit Iesus calicem.* ℟ *Panem celi dedit.* Oracio ut supra.

(513) Ad Sextam Cap. *Quocienscumque manducabitis.* ℟ *Cibavit eos ex adipe* etc. ut supra.

(514) Ad Nonam Cap. *Quicumque manducaverit* ℟ *Educas panem de terra alleluia.* Oracio ut supra.

(515) Ad Vesperas Ant. *Sapiencia edificavit* super psalmos *Dixit dominus* ut supra in festo et dicitur sola antiphona. Cap. *Dominus Iesus.* Ymnus *Pange lingua.* ℣ *Panem de celo.* Ad Magnificat Ant. / (f. 50r) *O sacrum.* Oracio et ad Completorium ut supra.

(516) Sabbato ut iam supra dictum est infra octavas. Item nota quod si in isto sabbato festum IX lectionum evenerit, totum fiat de festo et commemoracio de Eucharistia de illa antiphona de Laudibus Eucharistie que tunc habetur per ordinem. Cetera ut supra.

(517) De sancto Barnaba iam dictum est excepto quod prime Vespere de Eucharistia usque ad capitulum dicantur et a capitulo de festo commemorato. Et ad Completorium ut supra habetur.

(518) DOMINICA INFRA OCTAVAS ⟨FESTI CORPORIS CHRISTI⟩ ad Magnificat Ant. *O quam suavis.* Cetera ut supra infra octavas habentur ad Vesperas. Postea si sint alie octave ut de sancto Iohanne baptista primo fiat commemoracio de ipsis octavis, postea de dominica de antiphona videlicet *Loquere.* ℣ *Vespertina.* Oracio *Deus in te sperantium.* Cetera ut supra infra octavas. Ad Matutinas ut in die. Sex prime lectiones de legenda predicta. Alie tres de evangelio *Homo quidam erat dives* etc. Cetera in Laudibus ut supra infra octavas iam dictum est. Et de commemoracionibus fiendis notandum est ut supra habentur in commemo-

racione dominice Ant. *Homo quidam.* ℣ *In matutinis.* Oracio ut supra. Ad alias horas ut supra infra octavas habetur. Ad Magnificat Ant. *O sacrum.* Cetera ut in Vesperis habentur superius.

(519) Nota de commemoracionibus fiendis in commemoracione dominice Ant. *Elevans autem oculos.* ℣ *Dirigatur* cum *Alleluia.* Oracio et ad Completorium ut supra. Feria II[a], III[a], et IIII[a] ut supra infra octavas iam dictum est.

(520) Item notandum est quod si festum sancti Iohannis baptiste in feria IIII[a] post festum Eucharistie evenerit, in secundis Vesperis totum fiat de sancto Iohanne baptista. Et sola commemoracio de octava de Ant. *O quam suavis est.* ℣ *Panem de celo.* Oracio diei. Cetera ut iam dictum est ante diem vigilie Eucharistie de eodem festo sancti Iohannis etc.

(521) Item si in die octave Eucharistie festum sancti Iohannis baptiste evenerit, eadem die celebretur. Et in vigilia sancti Iohannis ad Nonam totum fiat de sancto ut in vigilia habetur. Et nulla fiat [fiat] commemoracio de octava Eucharistie in illis Vesperis neque in feria V[a] in Matutinis. Completorium de Eucharistia dicitur. Cetera ut in festo sancti Iohannis habentur. Et ymni horarum cum cantu ymni *Eterne rex* cantentur cum ultimo versu ut supra habetur. In secundis Vesperis sancti Iohannis totum fiat de festo. Et commemoracio tantum de octava Eucharistie de Ant. *O quam suavis.* Versus et oracio ut supra. Completorium de Eucharistia dicitur. / (f. 50[v]) Cetera fiant in feria VI[a] sequenti ut in octava Eucharistie habentur. Et fiat in Vesperis commemoracio de sanctis Iohannis et Pauli.

(522) Item notandum est quod si festum apostolorum Petri et Pauli in die octava Eucharistie evenerit, in feria tercia precedenti ab hora None totum fiat sicut in vigilia Eucharistie habetur, excepto quod non dicitur bis antiphona ad Magnificat. Et in feria IIII[a] sequenti totum fiat de Eucharistia ut in die habetur excepto quod antiphona de Benedictus non duplicatur. Et in secundis Vesperis a capitulo fiat de apostolis et commemoracio de Eucharistia de Ant. *O sacrum convivium.* ℣ *Panem de.* Completorium de Eucharistia dicitur. Et in feria V[a] predicta fiat eciam commemoracio de Eucharistia de duabus ultimis antiphonis de Laudibus. Oracio diei festi Eucharistie dicitur in predictis commemoracionibus et ad Primam. In die festi apostolorum Petri et Pauli predicta ymni horarum sive Laudum ad cantum ymni videlicet *Eterne rex altissime* cantentur et semper in fine ℣ *Gloria tibi domine.* Completorium de Eucharistia dicitur. Cetera de festis vel octavis que post sequuntur fiant ut in ipsis festis sive octavis habentur.

(523) IN OCTAVA FESTI EUCHARISTIE totum fiat sicut in vigilia et in die habetur excepto quod antiphone de Benedictus et Magnificat non duplicantur. Et feria VI^a^ sequenti fiat de feria prout in feria VI^a^ de officio feriali habetur. Et dicitur ad horas oracio videlicet *Deus in te sperancium*. Et si festum qualecumque fuerit eadem die evenerit, de festo fiat et non de feria vel fiat de beata Maria si in sabbato sequenti festum IX lectionum evenerit.

(524) In octava Eucharistie legenda de legenda iam dicta legatur. Notandum est quod a dominica secunda post Trinitatem usque ad *Vidi dominum* ad Vesperas sabbatis diebus et ad Matutinas diebus dominicis ex quo responsorium proprium hystorie currentis in illis primis Vesperis quibus fieri poterit de hystoria currenti[s] semel completum fuerit, et eciam nonum responsorium de hystoria predicta etc. ab inde in sabbato in Vesperis et in dominica in Matutinis non dicatur, sed loco ipsorum responsoriorum in Vesperis dicitur unum responsorium de Trinitate et eciam in Matutinis in nono responsorio, videlicet quando fiet de dominica etc. Tunc responsoria Trinitatis diebus supradictis per ordinem dicantur et cum cera in libro signentur. Et reiterentur quando necesse fuerit. Et cum bona advertancia dicantur, quia ultimum responsorium de Trinitate dicitur die ultima qua fiet de dominica ante dominicam de *Vidi dominum* vel ante ipsam dominicam si fieri / (f. 51^r^) conveniat, in eadem dominica de hystoria propria tunc currenti[s]. Hoc idem fiat de antiphonis Trinitatis que ad Primam tempore predicto dicuntur etc. In secundis vero Vesperis in officio dominicali tempore predicto durante dicitur ℟ *Deum time* nec mutetur usque quando fiet de dominica. Item sabbatis diebus predictis si fiat officium de dominica in commemoracione crucis dicitur prosa videlicet *O crux splendidior cunctis*. ℣ *Omnis terra*. Item in dominica eciam in Vesperis dicitur prosa *O crux lignum triumphale*. ℣ *Adoramus te*. Oracio *Adesto nobis domine*. Aliis vero diebus quibus non fiunt octave solempnes vel festum IX lectionum tempore predicto fiat commemoracio de cruce ad Matutinas et ad Vesperas de Ant. videlicet *Per signum crucis*. Ad Vesperas dicitur ℣ *Adoramus te*. Ad Matutinas ℣ *Omnis terra*. Oracio ut supra.

(525) Item a dominica secunda post Trinitatem usque ad *Vidi dominum* quando fiet de dominica ad Primam diebus dominicis dicuntur psalmi *Deus deus meus respice* cum ceteris ut in libro habentur. Super quibus psalmis dicitur Ant. videlicet *Dominus regit me*. Et super Ps. *Quicumque* una antiphona de antiphonis Trinitatis dicitur. Et incipiantur predicte antiphone ad antiphona videlicet *Gloria tibi trinitas*. Et dicantur tam ⟨de⟩

ipsis antiphonis quam illis que habentur in Nocturnis et Laudibus Trinitatis exceptis versiculis qui habentur in antiphonis de Laudibus Trinitatis. Et per ordinem dicantur et signentur ut supra. Cap. *Regi autem seculorum.* ℟ *Christe Iesu* etc. cum parvis precibus. Oracio tempore predicto *Domine deus pater omnipotens nos famulos.* Quere ipsam ad Primam in die Trinitatis.

(526) Et nota quod quando in supradictis dominicis fit de aliquo festo IX lectionum vel de aliquibus octavis omnia supradicta dimittuntur.

(527) DOMINICA II[a] POST TRINITATEM ad Vesperas Ant. *Benedictus.* Ps. ipsum etc. ut in dominica prima post octavam Epiphanie. ℟ *Planxit autem David.* [℟] ⟨℣⟩ *Montes Gelboe.* Ymnus *O lux beata.* ℣ *Vespertina.* Antiphone que secuntur dicantur ad Magnificat sabbatis diebus sive in commemoracione si fiat in dominica vel in sabbato de aliquo festo IX lectionum usque ad kalendas augusti. Et non sit cura si alique antiphone de supradictis remaneant. Cetera ut de ipsis antiphonis dicetur. Ad Magnificat Ant. *Congnoverunt.* Alia Ant. *Prevaluit David.* Alia Ant. *Iratus rex Saul* etc. ut in libro. Oracio in eadem dominica II[a] *Sancti nominis tui* / (f. 51[v]) Commemoracio de cruce ut supra iam dictum est. Ad Completorium ut supra etc.

(528) Sciendum est quod antiphone ystoriarum que habentur ad Magnificat sabbatis diebus a dominica II[a] post Trinitatem usque ad Adventum in sua ystoria sive compleantur sive non. Ultima die sabbati qua ystoria finietur, antiphona ultima ad Magnificat sive in commemoracione de dominica dicatur. Et non sit cura si alique supersint vel remaneant ad implendum et signentur cum cera in libro etc. Cetera de ystoriis incipiendis et finiendis etc. dicentur in ystoria mensis augusti.

(529) Ad Matutinas invitatoria sequencia dicantur dominicis diebus quibus fiet de dominica ab ista dominica que sequitur usque ad kalendas augusti primum *Adoremus dominum,* item *In manu tua,* item *Dominum qui fecit.* Ymnus *Nocte surgentes.*

(530) In primo Nocturno Ant. *Servite.* Cetera ut in prima dominica post octavam Epiphanie habentur. Lectiones de libris iam supradictis in istis dominicis sequencibus legantur. Et tres ultime lectiones de evangelio que post ystorias habentur. Et de ipsis evangeliis in dominica fiant ultime tres lectiones nisi de contrario videatur. Primum ℟ *Deus omnium.* Secundum ⟨℟⟩ *Dominus qui eripuit me.* Tercium ⟨℟⟩ *Ego te tuli.* Quartum ⟨℟⟩ *Montes Gelboe.* Quintum ⟨℟⟩ *Exaudisti domine.* Sextum ⟨℟⟩ *Domine si conversus.* Septimum ⟨℟⟩ *Audi domine.* Octavum

⟨℟⟩ *Peccavi super numerum.* Nonum ⟨℟⟩ *Factum est.* [℣] *Pater mi.* ⟨℣ *Elevavitque*⟩ Alius ℣ *Cumque simul,* et dicantur alternatis vicibus in dominica et in feria IIII$^{a}$. Ps. *Te deum.* ℣ *Fiat misericordia.*

(531) In Laudibus dominicis diebus quando fiet de dominica usque ad adventum Ant. *Alleluia* sepcies super psalmos etc. *Dominus regnavit. Iubilate. Deus deus meus.* Et super ymnum vel psalmum *Benedicite omnia opera* dicantur antiphone sequentes per ordinem videlicet *Tres in fornace* etc. et dicatur ultima antiphona de supradictis in ultima dominica ante Adventum, et signentur cum cera ut supra. Prima Ant. *Tres in fornace.* Alia Ant. *Video virum.* Alia *Tres ex uno ore* etc. Item super Ps. *Laudate* ⟨Ant.⟩ *Alleluia* novem dicantur. Cetera ut in prima dominica post octavam Epiphanie. Ad Benedictus antiphona que est cum evangelio dominice currentis cum oracione. Ad Primam ut in dominica prima habetur. Et antiphona de Trinitate super Ps. *Quicumque* dicitur. Et ultima antiphona videlicet *Te iure* die dominica / (f. 52$^{r}$) ultima que fiet de dominica ante dominicam de *Vidi dominum* ad Primam post predictum psalmum videlicet *Quicumque* dicatur. Ad Primam tempore predicto oracio *Domine deus pater omnipotens nos famulos.* Ad alias horas ut in predicta dominica post octavam Epiphanie cum oracione dominice currentis. Ad Vesperas Ant. *Sede a dextris.* Cap. *Quisquis confessus.* Responsorium usque ad *Vidi dominum, Deum time.* Ymnus *Lucis creator.* ℣ *Dirigatur.* Antiphona de Magnificat que post evangelium dominice currentis cum oracione habetur. Commemoracio de cruce videlicet prosa *O crux lignum* ut supra dictum est. Responsoria predicta videlicet *Deus omnium* dicantur dominicis diebus in quibus festum IX lectionum non fuerit. Et eciam alique octave ab ista dominica usque ad kalendas augusti. Et eciam dicantur infra ebdomadam videlicet quando fiet de feria prout ante de consimilibus habetur. Et nota quod si aliqua responsoria de supradictis responsoriis remaneant ad complendum in feria, qua responsoria convenirent, fiat Nocturnus et non festum trium lectionum. Item si infra tempus suum neque in dominica neque in feriis predicta responsoria compleri nequeant, in una dominica suo tempore durante compleantur, non obstante aliquod festum IX lectionum vel aliqua dominica infra octavam solempnem. Et tunc festum IX lectionum ad II$^{am}$ feriam transferatur. Et sic fiat de aliis responsoriis consimilibus si necesse fuerit usque ad Adventum domini. Cetera quoad ferias usque ad adventum ut in feriis post primam dominicam post octavam Epiphanie habentur etc., exceptis responsoriis in eisdem feriis contingentibus.

(532) FERIA II[a] post secundam dominicam Trinitatis ad Matutinas Invit. *Venite exultemus.* Ps. *Iubilemus* etc. Ymnus non dicitur. In Nocturno Ant. *Dominus defensor.* Ps. *Dominus illuminacio mea* etc. ut supra. Lectiones de legenda iam supra dicta.

(533) Sciendum est quod si dies kalendarum videlicet prima dies mensis augusti sive septembris feria II[a], III[a] vel IIII[a] evenerit, dominica precedenti ⟨ystorie⟩ incipiantur, si vero in feria V[a], VI[a] vel sabbato evenerit, dominica sequenti incipiantur. Et nota quod ista regula non est facta nisi pro ystoriis kalendarum incipiendis, quia si festum IX lectionum in quacunque dominica a supradicta dominica prima post octavam Eucharistie usque ad Adventum in dominica evenerit, eadem die celebretur ut iam supradictum est. / (f. 52[v])

(534) DOMINICA IN KALENDIS AUGUSTI ad Vesperas Ant. *Benedictus* etc. Cap. *Benedictio et claritas.* ℟ *Inicium sapiencie.* Ymnus *O lux beata Trinitas.* ℣ *Vespertina.* Antiphone que secuntur dicuntur ad Magnificat sabbatis diebus a kalendis augusti usque ad kalendas septembris [dicantur]. Et quod dictum est de precedentibus antiphonis consimilibus, hoc idem fiat de istis sequentibus. Et non est cura si alique remaneant. Antiphone *Sapiencia.* Alia *Ego in altissimis* etc. ut in libro. Oracio dominice currentis. Cetera ut supra in dominica prima post octavam Eucharistie habentur. Legenda tam dominicis quam aliis diebus videlicet quando fiet de officio ferie sive festum trium lectionum, exceptis festis iam declaratis, de libro Salomonis que incipitur sic Incipiunt parabole Salomonis *Parabole,* exceptis Canticis canticorum. Et compleantur a kalendis augusti usque ad kalendas septembris. In kalendis augusti ad Matutinas invitatorium ut ⟨in⟩ precedenti ystoria etc.

(535) Primum ℟ *In principio.* Secundum ℟ *Inicium sapiencie.* ℣ *Dilectio illius.* Alius ℣ *Dispersit dedit.* Primus dicitur in Vesperis primis, alius in Matutinis. Tercium ℟ *Emitte domine.* Quartum ⟨℟⟩ *Da michi domine.* Quintum ⟨℟⟩ *Domine pater.* Sextum ⟨℟⟩ *Verbum iniquum.* Septimum ⟨℟⟩ *Magna enim.* Octavum ⟨℟⟩ *Ne derelinquas.* Nonum ⟨℟⟩ *Super salutem.* Ps. *Te deum* etc. cum evangelio dominice currentis cum suis antiphonis ut supra in dominica prima post octavam Eucharistie habetur. Et responsoria predicta durante ystoria infra ebdomadam in officio feriali. Cetera ut infra ebdomadam ut supra post octavam Epiphanie habentur.

(536) DOMINICA IN KALENDIS SEPTEMBRIS ad Vesperas Ant. *Benedictus.* ℟ *Antequam commedam.* Ymnus, versus ut supra. Ad Magnificat antiphone que sequuntur. Ystoria ista durante sabbatis diebus dicantur, prout

supra de consimilibus habetur. Prima Ant. *Cum audisset Iob.* Ant. *Quare detraxistis* etc. ut in libro. Oracio dominice currentis. Commemoracio de cruce ut supra. Ad Matutinas Invit. *Adoremus* cum aliis duobus, et dicantur per ordinem ystoria durante. Lectiones de libro Iob: Incipit liber Iob *Vir erat in terra.* Et in dominica tres ultime lectiones fiant de evangelio dominice currentis. Primum ℟ *Si bona.* Secundum ℟ *Antequam commedam.* ℣ *In omnibus.* Alius ℣ *Nolo multa.* Et dicantur per ordinem ut supra / (f. 53r) Tercium ℟ *Utinam appenderentur.* Quartum ⟨℟⟩ *Quare detraxistis.* Quintum ⟨℟⟩ *Induta est caro.* Sextum ⟨℟⟩ *Versa est in luctum.* Septimum ⟨℟⟩ *Paucitas.* Octavum ⟨℟⟩ *Ne abscondas.* Nonum ⟨℟⟩ *Nocte os.* Cetera ut in dominica precedenti.

(537) Et nota quod si dies XVa mensis septembris feria IIa, IIIa vel IIIIa evenerit, dominica precedenti ystoria Thobie incipiatur, et fiat de eadem ystoria in eadem dominica nisi festum IX lectionum ut supra habetur fuerit. Si vero feria Va, VIa vel sabbato evenerit, dominica sequenti incipiatur. Cetera ut in regula precedenti de ystoriis habentur.

(538) DOMINICA IN MEDIO SEPTEMBRIS ad Vesperas Ant. *Benedictus* etc. ℟ *Omni tempore.* Ymnus, versus ut supra. Ad Magnificat antiphone sequentes et dicantur ut supra de consimilibus habentur. Ant. *Ne reminiscaris.* Ant. *Domine rex* etc. Oracio dominice currentis. Commemoracio de cruce ut supra. Et ad Completorium ut in consimilibus. Ad Matutinas Invit. *Dominum qui fecit.* Cetera ut supra. Lectiones dominicis diebus et aliis feriis: Incipit liber Thobie *Thobias ex tribu.* Tres ultime lectiones de evangelio dominice currentis. Primum ℟ *Peto domine.* Secundum ⟨℟⟩ *Omni tempore.* Tercium ⟨℟⟩ *Memor esto.* Quartum ⟨℟⟩ *Sufficiebat.* Quintum ⟨℟⟩ *Benedicite.* Sextum ⟨℟⟩ *Tempus est.* Septimum ⟨℟⟩ *Domine rex omnipotens.* Octavum ⟨℟⟩ *Conforta me.* Nonum ⟨℟⟩ *Spem in alium* etc. ut supra in consimilibus.

(539) Nota quod si die kalendarum octobris feria IIa, IIIa vel IIIIa evenerit, dominica precedenti in mense septembris ystoria videlicet *Adaperiat* incipiatur. Et tunc illa dominica non erit ultima septembris pro ystoria videlicet *Adonay* incipienda, sed dominica precedens. Et tunc in ipsa dominica que vocatur ultima septembris ista ystoria incipiatur vel fiat, si necesse fuerit, ut supra in regulis de ystoriis complendis habetur.

(540) DOMINICA ULTIMA SEPTEMBRIS ad Vesperas Ant. *Benedictus* etc. ℟ *Tribulaciones* etc. Ymnus, versus ut supra. Ad Magnificat Ant. *Adonay rex.* Oracio dominice currentis. Commemoracio de cruce ut supra. Ad

Matutinas Invit. *In manu* etc. ut supra de consimilibus habetur. Lectiones tam in dominica quam infra ebdomadam in officio feriarum et festis trium lectionum *Alphasat* (*Arphaxat*) *rex itaque.* Primum ℟ *Adonay domine.* Secundum ℟ *Tribulaciones.* Tercium ℟ *Benedixit te.* Quartum ℟ *Nos alium.* Quintum ℟ *Recordare.* Sextum ⟨℟⟩ *Dominator.* Septimum ⟨℟⟩ / (f. 53$^{v}$) *Domine deus.* Octavum ⟨℟⟩ *Vos qui in.* Nonum ⟨℟⟩ *Laudate dominum deum.* Cetera ut supra in ystoriis precedentibus. Et legatur eciam infra istam ebdomadam librum (!) videlicet Hester *In diebus regis Assueri.*

(541) DOMINICA IN KALENDIS OCTOBRIS ad Vesperas Ant. *Benedictus* et cetera. ℟ *Exaudiat.* Ymnus, versus ut supra. Et quod dictum est de antiphonis precedentibus, hoc idem fiat de istis sequentibus a kalendis octobris usque ad kalendas novembris. Sabbatis diebus ad Magnificat Ant. *Adaperiat.* Ant. *Libera nos* etc. ut supra in aliis dominicis precedentibus. Et tempore predicto usque ad *Vidi dominum* legantur libri Machabeorum tam dominicis diebus quibus fiet de ystoriis quam infra ebdomadam in officio feriali et in festis trium lectionum.

(542) Ad Matutinas invitatorium dominicis diebus supradictis *Adaperiat dominus cor vestrum.* Ps. *Venite.* Ymnus *Nocte surgentes* etc. ut in dominica precedenti. Primum ℟ *Adaperiat.* Secundum ⟨℟⟩ *Exaudiat.* Tercium ⟨℟⟩ *Tua est potencia.* Quartum ⟨℟⟩ *Refulsit sol.* Quintum ⟨℟⟩ *Impetum.* Sextum ⟨℟⟩ *Ornaverunt.* Septimum ⟨℟⟩ *In ymnis.* Octavum ⟨℟⟩ *Congregati.* Nonum ⟨℟⟩ *Dixit Iudas.* Cetera ut supra. Incipit liber Machabeorum primus *Et factum est* etc.

(543) Notandum est quod si festum Omnium Sanctorum in dominica evenerit, responsoria de ystoria *Vidi dominum* in dominica infra octavam beati Martini compleantur, et in sabbato Vespere fiant de sancto Martino donec ad capitulum et a capitulo de dominica et commemoracio de sancto Martino de antiphonis de Laudibus que tunc per ordinem habentur. Si vero feria V$^{a}$ festum Omnium Sanctorum evenerit, feria II$^{a}$ et III$^{a}$ post octavam beati Martini, et eciam feria IIII$^{a}$ post festum beate Katherine predicta responsoria compleantur. Alii vero qui de beato Martino faciunt octavam solempnem meliori modo quo potuerit predicta responsoria compleantur tempore suo durante distinguendo de solempnitatibus predictis.

(544) DOMINICA IN KALENDIS NOVEMBRIS ad Vesperas Ant. *Benedictus* etc. ℟ *Aspice dominum* etc. Eciam aliis sabbatis dicatur si fiat de dominica usque ad dominicam ante dominicam Adventus domini quia tunc dicitur

℟ *Ecce dies veniunt,* nisi festum IX lectionum evenerit in ipsa dominica. Ymnus *O lux beata.* ℣ *Vespertina.* Ad Magnificat antiphone sequentes sabbatis diebus per mensem dicantur ut supra de consimilibus habetur, / (f. $54^{r}$) hoc notato quod si in isto mense fuerint quinque dominice, ista antiphona videlicet *Muro tuo* bis dicatur et antiphona videlicet *Sustinuimus pacem* ultima dominica ante Adventum ad Magnificat dicatur etc. Ant. *Vidi dominum. Super muros tuos* etc. Et nulla fiat commemoracio de cruce. Ad Matutinas invitatoria dicantur prout per ordinem in prima dominica post octavam Eucharistie habentur. Cetera ut in dominicis precedentibus exceptis responsoriis Trinitatis.

(545) Item legitur per mensem exceptis solempnitatibus et eorum octavis et festis IX lectionum Ezechiel, Daniel et Duodecim minores prophete. Et in Ezechiel dicitur in fine lectionis *Hec dicit dominus.* Et evangelia dicantur secundum quod tempus requirit et prout in fine dictorum evangeliorum habetur.

(546) Ad Matutinas primum ℟ *Vidi dominum.* Secundum ⟨℟⟩ *Aspice domine ⟨de sede⟩.* Tercium ⟨℟⟩ *Aspice domine ⟨quia facta⟩.* Quartum ⟨℟⟩ *Super muros tuos.* Quintum ⟨℟⟩ *Muro tuo.* Sextum ⟨℟⟩ *Sustinuimus pacem.* Septimum ⟨℟⟩ *Misit dominus.* Octavum ⟨℟⟩ *Angustie michi sunt.* Nonum ⟨℟⟩ *Laudabilis.* Cetera ut supra in dominica precedenti, excepto quod ad Primam non dicitur oracio nisi sola Ant. *Dominus regit* super omnes psalmos et dicitur *Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui nos ad principium.* Ad Vesperas responsorium non dicitur. Ad Magnificat antiphona illa dicatur que tunc cum evangelio habetur.

(547) DOMINICA Iª POST TRINITATEM que est infra octavam Eucharistie. Ad Matutinas septima lectio evangelium secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Homo quidam erat dives.* Ad Benedictus Ant. *Homo quidam erat dives.* Oracio *Deus in te sperancium.* Ad Magnificat Ant. *Elevans autem.* Oracio ut supra.

(548) DOMINICA IIª secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc Homo quidam fecit cenam.* Ad Benedictus Ant. *Homo quidam fecit.* Oracio *Sancti nominis tui.* Ad Magnificat Ant. *Exi cito.* Oracio ut supra.

(549) DOMINICA IIIª secundum Lucam *In illo tempore Accesserunt ad Iesum.* Ad Benedictus Ant. *Quis ex vobis.* Oracio *Deprecacionem nostram.* Ad Magnificat Ant. *Que mulier.* Oracio ut supra.

(550) DOMINICA IIIIª secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Estote misericordes.* Ad Benedictus Ant. *Estote misericordes.*

Oracio *Protector in te sperancium.* / (f. 54v) Ad Magnificat Ant. *Nolite iudicare.* Oracio ut supra.

(551) DOMINICA Va secundum Lucam *In illo tempore Cum turbe.* Ad Benedictus Ant. *Ascendens Iesus in naviculam.* Oracio *Da nobis quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Preceptor per totam noctem.*

(551) DOMINICA VIa secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Amen [amen] dico vobis nisi habundaverit.* Ad Benedictus Ant. *Nisi habundaverit.* Oracio *Deus qui diligentibus te.* Ad Magnificat Ant. *Si offers munus tuum.* Oracio ut supra.

(552) DOMINICA VIIa secundum Marcum *In illo tempore Cum turba multa.* Ad Benedictus Ant. *Cum turba multa.* Oracio *Deus virtutum.* Ad Magnificat Ant. *Misereor super turbam.* ⟨Oracio⟩ ut supra.

(553) DOMINICA VIIIa secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Attendite a falsis prophetis.* Ad Benedictus Ant. *Attendite a.* Oracio *Deus cuius providencia.* Ad Magnificat Ant. *Non omnis qui dicit michi.* Oracio ut supra.

(554) DOMINICA IXa secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc Homo quidam erat.* Ad Benedictus Ant. *Dixit dominus villico.* Oracio *Largire nobis.* Ad Magnificat Ant. *Quid faciam.* Oracio ut supra.

(555) DOMINICA Xa secundum Lucam *In illo tempore Cum appropinquaret Iesus Ierusalem.* Ad Benedictus Ant. *Cum appropinquaret.* Oracio *Pateant aures ⟨misericordie⟩ tue.* Ad Magnificat Ant. *Scriptum est enim.* Oracio ut supra.

(556) DOMINICA XIa secundum Lucam *In illo tempore Dicebat Iesus ad quosdam qui in se.* Ad Benedictus Ant. *Stans a longe.* Oracio *Deus qui omnipotencia⟨m⟩.* Ad Magnificat Ant. *Omnis qui se.* ⟨Oracio⟩ ut supra.

(557) DOMINICA XIIa secundum Marchum *In illo tempore Exiens Iesus de finibus.* Ad Benedictus Ant. *Quanto eis.* Oracio *Omnipotens sempiterne deus qui habundancia.* Ad Magnificat Ant. *Bene omnia fecit.* Oracio ut supra.

(558) DOMINICA XIIIa secundum Lucam *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Beati oculi.* Ad Benedictus Ant. *Homo quidam descendebat.* Oracio *Omnipotens et misericors.* Ad Magnificat Ant. *Quis tibi videtur.* Oracio ut supra.

(559) DOMINICA XIIIIa secundum Lucam *In illo tempore Dum iret Iesus in Ierusalem.* Ad Benedictus Ant. *Cum ingrederetur Iesus.* Oracio *Omnipotens sempiterne* / (f. 55r) *deus da nobis.* Ad Magnificat Ant. *Nunne* (!) *decem mundati sunt.* ⟨Oracio ut supra⟩.

(560) DOMINICA XV[a] secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis Nemo potest duobus dominis servire.* Ad Benedictus Ant. *Nolite soliciti esse* etc. Oracio *Custodi quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Querite primum regnum.* ⟨Oracio⟩ ut supra.

(561) DOMINICA XVI[a] secundum Lucam *In illo tempore Ibat Iesus in civitatem que vocatur.* Ad Benedictus Ant. *Accessit autem Iesus.* Oracio *Ecclesiam tuam.* Ad Magnificat Ant. *Accepit autem omnes timor.* Oracio ut supra.

(562) DOMINICA XVII[a] secundum Lucam *In illo tempore Cum intraret Iesus Ierosolimam.* Ad Benedictus Ant. *Dum intraret.* Oracio *Tua nos quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Cum vocatus fueris.* Oracio ut supra.

(563) DOMINICA XVIII[a] secundum Matheum *In illo tempore Accesserunt ad Iesum pharisey* etc. Ad Benedictus Ant. *Magister quod est mandatum.* Oracio *Da quesumus domine populo.* Ad Magnificat Ant. *Quid vobis videtur.* Oracio ut supra.

(564) DOMINICA XVIIII[a] secundum Matheum *In illo tempore Accendens Iesus in naviculam.* Ad Benedictus Ant. *Dicit dominus paralitico.* Oracio *Dirigat corda nostra.* Ad Magnificat Ant. *Tulit ergo lectum suum.*

(565) DOMINICA XX[a] secundum Matheum *In illo tempore loquebatur Iesus cum discipulis suis im* (!) *parabolis dicens Simile factum est regnum celorum.* Ad Benedictus Ant. *Dicite invitatis.* Oracio *Omnipotens et misericors deus universa nobis adversancia.* Ad Magnificat Ant. *Nupcie quidem* (*quedam* cod.) *parate.* Oracio ut supra.

(566) DOMINICA XXI[a] secundum Iohannem *In illo tempore Erat quidam regulus.* Ad Benedictus Ant. *Erat quidam regulus.* Oracio *Largire quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Congnovit ergo.* ⟨Oracio⟩ ut supra.

(567) DOMINICA XXII[a] secundum Matheum *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc Simile factum est regnum celorum homini regi.* Ad Benedictus Ant. *Dixit autem dominus servo.* Oracio *Familiam tuam quesumus domine.* Ad Magnificat Ant. *Serve nequam.* ⟨Oracio⟩ ut supra.

(568) DOMINICA XXIII[a] secundum Matheum *In illo tempore Abeuntes pharisey.* Ad Benedictus Ant. *Magister scimus.* Oracio *Deus refugium.* Ad Magnificat Ant. / (f. 55[v]) *Reddite que sunt cesaris cesari.* Oracio ⟨ut⟩ supra.

(569) Notandum est quod si fuerint plures dominice a Trinitate usque ad Adventum etc. evangelium videlicet *Loquente Iesu* etc. cum sua composicione semper repetatur. Si vero brevitas temporis tanta fuerit

quod officium dominice in suo loco compleri nequeat, tunc taliter compleatur quod evangelium videlicet *Cum sublevasset oculos Iesus* cum sua composicione in dominica precedenti dominice Adventus dicatur, et fit ultimum etc.

(570) DOMINICA XXIIII$^{a}$ secundum Matheum *In illo tempore Loquente Iesu.* Ad Benedictus Ant. *Dicebat enim.* Oracio *Deus refugium.* Ad Magnificat Ant. *Si tetigero* etc. ut supra. Oracio ut supra.

(571) DOMINICA XXV$^{a}$ secundum Iohannem *In illo tempore Cum sublevasset Iesus oculos.* Ad Benedictus Ant. *Cum sublevasset.* Oracio *Ex⟨c⟩ita domine.* Ad Magnificat Ant. *Illi ergo homines* etc.

⟨DE DEDICACIONE ECCLESIE⟩

(572) Nota quod Dedicacio proprii oratorii per Adventum usque ad Nativitatem domini vel infra octavam Epiphanie evenerit, fiat de ipsa Dedicacione die qua venerit tantum. Item si a Septuagesima usque ad V$^{am}$ feriam ante festum Pasche evenerit, die qua venerit celebretur, excepto die dominica de Palmis etc. Et ad horas dicantur capitula, responsoria sine *Alleluia* ut infra octavas Dedicacionis habetur, et in secundis Vesperis responsorium videlicet *Terribilis est locus iste,* et dicitur ymnus *Urbs beata Ierusalem.* ℣ *Hec est domus.* Ad Magnificat Ant. *Zachee festinans.* Oracio diei. Ad Completorium ad Nunc dimittis antiphona dicitur videlicet illa de feria que tunc ad Nunc dimittis habetur. Cetera ut in Dedicacione habentur. Et si de officio dominicali tunc currenti[s] vel de feria aliqua dimittentur propter solempnitatem predictum, statim post festum compleantur. Item si festum Dedicacionis a V$^{a}$ feria ante festum Pasche usque ad aliam proximam feriam VI$^{am}$ sequentem evenerit, fiat prout hic habetur. Feria IIII$^{a}$ post festum Pasche ad Nonam dicitur tantum *Deus in adiutorium.* Post sequitur Ps. *Mirabilia testimonia.* [Antiphona]. *Alleluia.* ℣ *Hec* / (f. 56$^{r}$) *dies.* Oracio *Deus qui nobis per singulos* etc.

(573) Ad Vesperas non dicitur *Deus in adiutorium,* sed dicto *Pater noster* more solito dicantur *Kyrieleison* cum cantu *Fons bonitatis* etc. Post sequitur Ant. *Alleluia* quater super psalmos *Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir.* Capitulum non dicitur, sed post psalmos dicitur ℟ *Hec dies quam.* ℣ *Dextera domini. Alleluia.* ℣ *Vox exultacionis et* vel dicitur *Veni sancte spiritus.* Prosa *Sancte Syon.*

(574) Ad Magnificat Ant. ante et post *O quam metuendus.* Oracio ut ad Nonam. Post Benedicamus cum uno *Alleluia* fiat commemoracio

de feria de Ant. *Dixit discipulus ille.* ℣ *Quem queris.* Oracio *Presta quesumus omnipotens deus* etc. *Benedicamus domino alleluia alleluia.* Ad fontes Ant. *In Galileam.* Ps. *Laudate pueri. In exitu Israel.* ℣ *In resurrectione tua Christe. Oremus Deus qui nos* etc. Ad crucem ℟ *Christus resurgens.* ℣ *Dicant nunc Iudei.* Versiculus *Di*[s]*cite in nacionibus. Oremus Tribue quesumus.* Et in fine dicitur *Per Christum dominum nostrum amen* secundum quod oracio requirit. Et si oracio non terminetur *Per Christum* etc. tunc dicitur *Iesus Christus filius tuus dominus noster amen.* Post sequitur prosa videlicet *Virginis in laude* etc. Ad Completorium dicitur *Deus in adiutorium* etc. Ps. *Cum invocarem.* Post psalmos Ant. *Alleluia* semel. Ad Nunc dimittis Ant. *Alleluia adorate dominum alleluia.* Oracio *Deus qui de vivis et.*

(575) Ad Matutinas dicitur *Domine labia mea. Deus in adiutorium.* Invit. *Filie Syon* cum *Alleluia* in fine. Item eciam dicitur *Alleluia* in fine antiphonarum et responsoriorum. Ymnus non dicitur.

(576) In Nocturno Ant. *Dominus in templo.* Ps. *In domino confido.* Ant. *Erit michi.* Ps. *Deus noster.* Ant. *Non est hic aliud.* Ps. *Te decet.* ℣ *Domine dilexi.* Primum evangelium *Ingressus Iesus.* Primum ℟ *In dedicacione templi.* Secundum evangelium *Non potest arbor.* Secundum ℟ *Lapides preciosi.* Tercium evangelium de eadem V^a^ feria. Item notandum quod tercium evangelium de officio Dedicacionis in die Dedicacionis ecclesie cathedralis / (f. 56^v^) ad Matutinas cum aliis duobus predictis lega[n]tur. Tercium ℟ *Terribilis est locus.* Ps. *Te deum.* ℣ *Hec est domus.* Laudes Dedicacionis. Capitulum, ymnus, versus non dicuntur. Ad Benedictus ante et post Ant. *Mane surgens.* Oracio *Deus qui nobis per singulos.* Post *Benedicamus* commemoracio ut supra de feria de Ant. *Maria stabat.* ℣ *Surrexit Christus.* Oremus *Deus qui diversitatem.*

(577) Ad horas dicitur *Deus in adiutorium.* Post secuntur psalmi videlicet *Deus in nomine* etc. Quibus finitis dicitur *Alleluia.* ℣ *Hec dies.* Ad Primam oracio *Deus qui hodierna die per unigenitum.* Per alias horas oracio *Deus qui nobis per singulos.* Ad Vesperas loco *Deus in adiutorium* dicitur *Kyrie* cum cantu de *Contipotens* (= *Cunctipotens*). Cetera ut ⟨in⟩ Vesperis precedentibus. ℟ *Hec dies.* ℣ *Lapidem quem reprobaverunt. Alleluia.* ℣ *Adorabo.* Prosa *O felix aula.* Ad Magnificat antiphona ante et post *Zachee festinans.* Oracio ut in Vesperis precedentibus. Commemoracio Ant. *Venit Maria.* ℣ *Noli flere Maria.* Oracio *Deus qui nobis.* Ad fontes ut supra. Oracio *Da quesumus omnipotens deus.* Ad crucem eciam ut supra. Oracio *Multiplica* etc. Prosa et ad Completorium ut supra.

(578) Item si Dedicacio ut supra ab octava Pasche usque ad Trinitatem

evenerit, die qua venerit celebretur exceptis die Ascensionis domini et tota ebdomada Penthecosten. Et ad Nonam vigilie festi Dedicacionis et ad Vesperas et Completorium ut in vigilia Dedicacionis ecclesie cathedralis habetur. Ad Matutinas Invit. *Filie Syon currite* etc. Ymnus *Urbs beata*. In Nocturno antiphone, psalmi, responsoria ut supra de paschali tempore habentur. Tria evangelia Dedicacionis. Cetera ut in die Dedicacionis habentur. Nec fient octave, sed compleantur in octava Dedicacionis ecclesie cathedralis. Et ymni horarum ad cantum et versiculi tempore paschali dicantur.

(579) Item si dedicatio ut supra infra octavas Assumpcionis vel Nativitatis beate Marie evenerit, vel tali modo quod conveniat fieri infra octavas Dedicationis de / (f. 57r) officio Assumpcionis vel Nativitatis ut infra octavas habetur de officio Dedicacionis, primo fiat officium nisi festum IX lectionum evenerit. Et de beata Maria fiat ut consuetum est fieri in octava sancti Laurencii vel in Exaltacionis sancte crucis.

(580) Item si festum proprii oratorii et festum Dedicacionis consequantur se, et festum proprii oratorii precedat, de proprio oratorio totum fiat, et post *Benedicamus* cum *Alleluia* fiat commemoracio de Dedicacione dicendo psalmo videlicet *Magnificat* cum Ant. *O quam metuendus est*. Oracio *Deus qui nobis* sine versiculo etc. Et Completoria Dedicacionis dicantur et non de feria. Hoc idem modo fiat si Dedicacio precedat ut supra de proprio oratore (!) habetur.

(581) Item si festum Dedicacionis proprii oratorii in festo Concepcionis Beate Marie evenerit, festum Concepcionis ad feriam sequentem transferatur, et in die Dedicacionis private ad Nonam fiat de beata Maria de officio Concepcionis ut in libro habetur, excepto quod ad Nonam dicitur ymnus *Memento salutis* cum Ps. *In convertendo dominus* cum ceteris ut in libro habentur. Ad Completorium Ps. *Usquequo domine oblivisceris* cum ceteris. Cetera alia ut in libro de eadem Concepcione habentur.

(Fortsetzung folgt)